4° Bavar. 1544 c (2

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

1544 c

<36601333680010

<36601333680010

Bayer. Staatsbibliothek

CODEX
CHRONOLOGICO-DIPLOMATICUS
EPISCOPATUS RATISBONENSIS.

BAYERISCHE STAATSBIBLIOTHEK MUENCHEN

Collectus ac Editus Operâ et Studio

Thomae Ried,

Cancellistae Consistorialis Ratisbonensis.

TOMUS II.

Conti[illegible] diplomata, omnisque generis cha[illegible]tas a Saeculo XIV. ad finem Saeculi XVI.

RATISBONAE,
Typis Laurentii Stephani Schaupp. 1816.

49 B g
Bayerische Staatsbibliothek München

Bayerische
Staatsbibliothek
München

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

SECTIO IV.

Complectens Monumenta Saeculi XIV.

Num. DCCLI. 1301. 30. Martii. Ex Originali.

Conradus Epus Ratisbon. confirmat Hospitali trans pontem Ratisbon. insulam infra molendinum leprosorum ad S. Nicolaum sitam, erga annuum Censum.

Nos Chunradus dei gra Ecclesie Ratisponensis Epus constare volumus universis presentia inspecturis, quod insulam nobis et Ratisponen. Ecclie attinentem proprietatis titulo, sitam infra molendinum leprosorum domus Sci Nicolai prope Civitatem Ratisponen. infra alveum danubii ibidem, quam olim quondam Heinricus pie memorie predecessor noster discretis viris Chunrado filio Gumperti, Walthero Muschopfo, et Ortlibo filio Setzarii Civibus Ratispon. cum omni utilitate ipsius contulerat jure et nomine precario possidendam ab eisdem ad tempora vite ipsorum, quam etiam insulam dicti Cives cum omni jure, quod eis quesitum fuerat et competebat in eadem insula, juxta formam instrumenti nominatis Civibus dati per dictum antecessorem nostrum, in fratres et domum hospitalis Ratispon. cum omnibus juribus et appendiciis dicte insule, quesitis et inquirendis, accedente nostro scitu et beneplacito transtulerunt, eisdem fratribus seu hospitali Ratispon. fideli et obsequiosa devotione ipsorum, quam iidem ad nos et Ratispon. Ecclesiam habent, considerata contulimus seu locavimus perpetuo possidendam, ita tamen, ut de prescripta insula annuatim duos lepores, non exutos pellibus, cum 24. denar. Ratispon. in Vigilia nativitatis dni nobis seu Successoribus nostris in signum proprietatis et dominii, jure seu nomine Census solvere teneantur sub hac pena, quod quandocunque et quocienscunque predicti fratres seu Magister hospitalis, qui pro tempore fuerit, in solucione prescripti Census negligentes fuerint, elapsis 14. diebus continuis post terminum prenotatum, ex tunc tociens, quociens negligenciam commiserint, in singulis 14 diebus sequentibus ad duplum Census et Superescrescencie quantecunque obligati sint,

contradictione qualibet non obstante. In cujus rei testimonium presentes damus litteras, Sigilli nostri munimine roboratas. Datum Ratispone anno dni 1301. III. Kal. Aprilis.

Sigillum Epi illaesum appendet.

Num. DCCLII. 1301. 21. Julii. Ex Originali.

Obligatio Reimari de Prennberg ineundi matrimonium cum domicella ad Ecclesiam Ratisbonen. pertinente.

Ich Reimar von Prennberch vergich offenleich und thun chunt allen den, di diesen brief sehent oder hörent lesen, daz ich durch meines lieben Herren Bischof Chunratz huld und genad von Regenspurch, und ze pezzerung umb ettleich sach, di ich wider in und sein Gotzhaus getan het, mich darzu gepunten und gelobt han, daz ich in Jarsfrist ze dem Gotzhaus heurathen soll nach meines herren dez vorgenannten Bischofs willen, und nach meiner Freunt Rat; wär aber, daz daz nicht geschäh in Jarsfrist on Gevärd, so will ich dannoch, swenn daz Jar auzchumpt, mich mit Heurat zu dem Gotzhaus cheren nach meinen Treuen, der ich dem vorgenannten meinem Herren und seinem Gotzhaus, als ain ander seines Gotzhaus dienstman (ministerialis) schuldich pin. Und daz ich daz also volfür, darüber gib ich disen Brief versiegelt mit meinem Insigel, der ist gegeben, do von Christi Gepurt vergangen waren 1301 Jar, dez Freitags vor sant Jacobs Tag.

Sigillum laesum adpendet, tres flammas seu tres monticulos flammantes repraesentans.

Num. DCCLIII. 1301. 23. Sept. Ex Originali.

Quittantia super solutis 60 marcis argenti.

Ego Locto Ardengi Civis et mercator florentinus de Societate Alfanorum de Florentia per presentes confiteor litteras, quod venerab. dnus . . Ratispon. Epus in die beati Lamperti, hoc est XV Kal. Oct. impetravit a me per dnum Ludwicum suum procuratorem de Pechlaria inducias super solutione 60 marc. argenti ad pondus Wienn. nomine procurationis dno Nycolao venerab. Ostien. et Velleren. Epo A. S. Legato debitarum michique ab eo ordinatarum, usque ad VII.

Kal. ejusdem Octobr. et quod de predictis 60 marcis argenti ad pondus Wienn. et in Civitate Wienn in domo Pilgrimi oleatoris civis ejusdem Civitatis pro eodem dno . . Epo Ratispon. et Ecclia sua magr Eberhardus ejusdem Ecclie Ratispon. Canonicus et archidiaconus michi IX Kal. Octobr. plene et integraliter satisfecit, eandem michi pecuniam in debito pondere assignando. In cujus rei testimonium presentes sibi dedi litteras Sigillo meo et subscriptione testium communitas. Testes sunt dnus Ludwicus supradictus procurator in Pechlaria, Fridericus Wollarius et Heinricus de Mercann Cives Ratispon. Otto dictus Sceld Civis Wienn. et alii quam plures. Actum et datum anno dni 1301. IX Kal. Octobris, in Civitate et domo predictis.

Sigillum adpendet.

Num. DCCLIV. 1301. 26. Oct. Ex Originali.

Capitulum maj. Ecclesiae Ratisbon. promittit, servare Statuta Synodi dioecesanae.

Chunradus prepositus, Chunradus decanus, totumque Capitulum Ratispon. Ecclie universis presentes Litteras inspecturis salutem in dno. Vere dignum et justissimum reputantes, ut non solum Reverendo patri et dno nro karissimo, dno Chunrado venerab. Epo nro, cujus membra existimus et habemus participare in agendis quibuslibet onera et labores, verum et ipsi Ratisponen. Ecclie, que nos in filios adeptionis elegit et pro cujus statu incolumi conservando fide media defiximus manus nras, teneamur adesse consiliis, auxiliis et labore, ita quod fervens sinceritas Ratispon. Capli, que nec terrore concussa, nec blandimentis seducta invenitur a temporibus retroactis, in sue stabilitatis constantia perseveret, et ut ea, que aliorum degenerem excavant animum, ejus soliditatem non reperiant excavandam, promittimus et solempni stipulatione spondemus, quod omnes Ordinationes, Statuta et Precepta in proxima per eundem dnum nrum Epum habita Synodo promulgata, prout sub Sigillo suo conscripta et lecta sunt, ut stabilia et inconvulsa permaneant, nec ab eis recedatur verbo vel facto, publice vel occulte, ipsi dno nro Epo, immo verius et ipsi Ratisponen. Ecclie in hoc nos non novercales, sed veros filios ostendentes adesse volumus verbo, facto, consilio et favore, et contra omnes, qui ascendere voluerint ex adverso, nos una secum murum opponere pro domo Israhel, et stare constanter et fideliter pro defensione juris et jus-

titie omnium predictorum, ab hodierna die per totum annum proxime subsequentem, conpromittimus et spondemus solempni stipulatione, quod si ipsum dnum nrum Epum vel Successorem aut Successores ipsius, vel unum aut plures ex nobis vel nris citari vel judicio seu alia impulsione seu impetitione super hiis, que predictorum statutorum et ordinationum executionem respiciunt, vel que ob ipsam evenerint, contigerit fatigari, illi et illis aderimus consilio, auxilio et favore, et expensas dabimus de communi, donec causa eadem terminetur, nec eum vel eos in eisdem necessitatibus deseremus. In cujus rei testimonium presentes date sunt ejusdem dni nri Epi, et nostri ipsorum Sigillorum robore communite. Actum et datum Ratispone anno dni 1301. VII. Kal. Novembris.

Duo Sigilla illaesa appendent.

Num. DCCLV. 1302. 11. Martii. Ex Originali.

Confoederatio Epi Frising. cum Archiepo Salisburg. et Epo Ratisbon. contra violatores immunitatis Ecclcae Censuris coercendos.

Nos Emicho dei gra Epus Frising. promittimus et solempni stipulatione spondemus, quod quascunque Sententias excommunicationis aut interdicti Reverendi in Xpo patres et dni nostri, dnus Chunradus Sce Salzburgensis Ecclie ven. Archiepus, aplce Sedis legatus, ac dnus Chunradus ven. Epus Ecclesie Ratispon. in quascunque personas, cujuscunque preeminentie, conditionis aut Status fuerint, collegia seu communitates pro conservanda et tuenda libertate ac emunitate Ecclca rite ac rationabiliter protulerint per nostram Civitatem et dyocesin, presertim si in dominio aut in nostra dyocesi sunt persone, que hoc attemptare presumpserint, publicamus et publicari faciemus, ac a subditis nostris mandabimus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum in Loke anno dni 1302. V. Idus Martii.

Sigillum Epi adpendet.

Num. DCCLVI. 1302. 13. April. Ex Originali.

Computatio Epi Conradi cum Straubingariis et Ortlibo Gumperti suis Creditoribus.

Anno dni 1302. sexta feria ante dominicam palmarum factà et habità computacione inter dnum Chunradum Ratispon. Epum, et

Straubingarios et Ortlibum Gumperti suos Creditores vestium et pannorum de omnibus pannis et vestibus, et eorum debitis antiquis et novis apud eos a festo beati Jacobi anni dni 1298. per quartum dimidium annum et parum ultra ex creditis et contractis usque ad predictam feriam sextam persolutis eis per dnum decanum et dnum Fridericum de Aw, qui per biennium ipsius dni Epi procurationem tenuerunt, 280 tt. denar. Ratispon. et sic omnibus eorum debitis ad invicem explanatis et restitutis dno Epo septem instrumentis, que sub Sigillis fidejussorum pro diversis vestibus et debitis habuerunt, ipse dnus Epus remansit debitor eorundem finaliter in 33 tt. et 8 denar. Ratispon. In evidentiam igitur et testimonium omnium premissorum presens data est littera ipsius dni Epi Sigillo communita. Dat. anno, die et loco premissis.

Sigillum Epi laesum adpendet.

Num. DCCLVII. 1302. 17 April. Ex Originali.

Venditio Juris advocatiae in Helmkofen de quadam huba facta a dapiferis in Ekmül ad Monasterium Prüfening.

Nos Ulricus et Heinricus fratres dapiferi de Ekkenmül presentibus profitemur, quod in presencia Reverendi in Xpo patris et dni nri, dni Chunradi Ratispon. Epi vendidimus dno Ulrico ven. abbati et Conventui Ecclie in Prüfening jus advocatcium, si quod nobis competiit seu competere videbatur in quadam huba sua in Helmchoven, que ad ipsam Eccliam proprietatis titulo pertinere dinoscitur, pro 4 1/2 tt. denar. Rat. receptis ab ipsis in pecunia numerata, promittentes per presentes, quod deinceps nullum jus, quocunque nomine censeatur, nobis in ipsa huba usurpabimus quoquomodo, immo ex nunc prout ex tunc renunciamus omni juri perpetuo pro nobis ac nris heredibus, quod de jure sive de facto in eadem nobis competere videbatur. In cujus rei perpetuam memoriam presens instrumentum predicto dno Ulrico et Conventui suo dedimus Sigillo antedicti patris et dni nri, dni Chunradi Ratispon. Epi, nec non Sigillorum nostrorum munimine roboratum. Datum Ratispone anno dni 1302. XV. Kal. Maii.

Tria Sigilla appendent a) Epi ovale, b) rotundum, cum circumscriptione: † S. H. dapiferi. de. Ekkenmul. c) rotundum, cum circumscripione: S. Ulrici. de. Hailsperch.

Num. DCCLVIII. 1302. 5. Jul. Ex Originali.

Verzichtleistung Alberts des Vizdoms in Straubing gegen den Bischof in Regensburg.

Ich Albert von Straubing der Vitztum vergich offenleich an disem brief und tun chunt allen den, di in ansehent oder hörent lesen, daz sich mein lieber Herr Bischof Chunrad von Regensburg für sich selbn, sein Nachchomen und sein Gotshaus verricht und vertaidingt hat allerding mit mir für mich, für mein erben und für mein Diener all umb allen den schaden, den ich und all mein vorgenannt Diener enpfangen haben in dem Urleug, daz zwischen dem vorgenannten meinem Herrn und dem Tumprobst ze Regensburch und mir ainhalb, und Heinrich dem Hohenvelser von Valchenstain, und Reimar dem Prennberger anderthalben was, und hat mir mein ègenannter Herr der Bischof dafür gegeben 100 tt. beraiter und bezalter R. dl. und davon widersag und gestèn ich gänzleich für mich selbn, mein erben und mein Diener von aller der Ansprach, die ich, oder mein erben oder mein diener möchten gehaben hintz dem oftgenannten meinem Herrn dem Bischof, hintz seinen Nachchomen oder hintz seinem Gotshaus, also, daz wir dhainer Ansprach, noch dhaines schadens nimmer mer suln gewähen hintz dem vorgenannten Bischof, seinen Nachchomen oder hintz seinem Gotshaus umb di sach als an vil, swaz ich schadens berecht han, der mir oder meinen Dienern von dem vorgenannten Hohenvelser widervarn ist, in friden und in Saetzen, daz ist in diese Verrichtigung und Taiding nicht genomen. Daz daz also stät und unzerbrochen beleib von mir und von allen meinen Erben und meinen Dienern, gib ich diesen brief ze einem gewissen Urchund versigelten mit meinem Insigel, der ist geben ze Regensburch, da von Christes Gepurt vergangen waren 1302 Iar, dez nächsten Tags nach sand Ulreichstag.

Sigillum appendet.

Num. DCCLIX. 1303. 28. Februar. Ex Originali.

Epus Conradus infeudat Hospitale trans pontem Ratisbon. de emptis proventibus decimarum in Villis Biebing, Saelching et Kirchmating.

No Chunradus dei gra Ecclesie Ratispon. Epus presentibus profitemur, quod cum Eberhardus dictus Officialis de Strubinga et nunc Civis Ratispon. proventus decimarum majorum et minorum in

tribus Villis, videlicet Pübing, Saelching et Chirchmaeting quoad duas garbas tantum, quos idem a nobis nraque Ecclesia Ratispon. per manum dni Alberti de Strubing ipsius Eberhardi in hac parte geruli, quod vulgariter Tragaer dicitur, in feodum recognoverat et tenuerat, vendidisset et distraxisset religiosis viris Magro et fratribus, nec non Hospitali trans pontem Ratispon. pro precio 41 tt. denar. Rat. numerate pecunie, dictusque Albertus unacum prenominato Eberhardo in nostra constituti presencia ad nras manus libere resignassent: Nos ad dictorum fratrum devotam instanciam eosdem de prescriptarum decimarum proventibus infeodavimus et presentibus infeodamus, ad manus videlicet discreti viri Chunradi dicti dentis, Sculteti Ratispon. dictumque Chunradum dentem, ipsorum fratrum gerulum tantum, qui Tragaer vulgariter nuncupatur, pro tempore vite sue deputavimus et constituimus, sic, quod dicti fratres eorumque Successores omnes et singulos dictarum decimarum proventus eodem jure, quo eosdem sepefatus Eberhardus usque ad hec tempora percepit et collegit, sine prefati Sculteti aut ejus quorumcunque heredum impedimento quolibet, suis usibus applicent, possideant et colligant de cetero, contradictione qualibet non obstante. Adjectum est eciam, quod mortuo predicto Sculteto nominati fratres eligendi eis alium gerulum pro prescriptis obvencionibus, qui eis ad hoc expedire videbitur, habebunt liberam facultatem. In cujus infeodacionis testimonium Sigillum nrum apponi mandavimus huic scripto. Datum Ratispone anno dni 1303. II. Kal. Marcii.

Sigillum Epi integrum appendet.

Num. DCCLX. 1303. 19. Augusti. Ex Originali.

Ex Curia in Semkofen assignantur annui redditus Ecclesiae cathedrali, Collegiatae sancti Joannis, Monasterio superiori, hospitalibus ad S. Cath. et ad S. Lazarum, ac Parochiis Reissing, Schneiding et Tegernheim pro anniversariis Alberti de Hainkofen Can. cathedr.

Universis presentia inspecturis Nos Chunradus dei gratia Ratisponen. Epus constare volumus, quod accedentes presentiam nostram Rimarus venerabilis prepositus sancti Magni trans pontem Ratispon. et dilectus confrater noster Albertus nre Ratispon. Ecclesie Canonicus, dictus de Haeinchoven, quondam noster Vicedominus,

idem Albertus curiam suam in Semchoven, que omni anno solvere consuevit tritici octo scaffas, siliginis quatuor, ordei duas, quam a strenuo milite Ulrico dapifero pro sexaginta libris denar. Ratispon. comparavit, et nos eandem curiam, quam etiam predictus Ulricus a nobis nraque Ecclesia tenuit in feodo, resignatam ab ipso in manus nostras proprietavimus eidem Alberto, ac donavit, dedit et tradidit memorato preposito recipienti pro se suaque Ecclesia perpetuo possidendam, usufructu seu utilitatibus ipsius curie pro vita sua duntaxat suis necessitatibus reservatis: ipse vero prepositus habito maturo consilio et consensu sui Conventus promisit, et suam Ecclesiam et Successores suos ad omnia subscripta nobis auctoritatem prestantibus obligavit, pariter et astrinxit, videlicet, quod secundum ordinationem ipsius Alberti predictus prepositus et conventus, eorumque Successores de fructibus et proventibus ejusdem curie dabunt et distribuent in omnem eventum, videlicet non obstantibus grandine, sterilitate, bellorum malitia seu aliis quibuscunque casibus, in perpetuum annis singulis dominis et canonicis majoris Ecclesie unam libram denar. Rat. usualium in festo sancti Magni confessoris pro ipsius sancti Magni confessoris festo cum novem lectionibus in eadem Kathedrali Ecclesia perpetuo celebrando. Item Canonicis sancti Johannis dimidiam libram denar. Item fratribus Ecclesie sancti Magni dimidiam libram denar. pro anniversario suo et pie memorie Friderici quondam nre Ratispon. Ecclesie Canonici, dicti de Pünchoven, in Vigiliis et Missa in eisdem Ecclesiis scilicet sancti Johannis et sancti Magni perpetuo celebrandis, ad luminaria Ecclesie ipsius sancti Magni triginta denar. Conventui etiam superioris Monasterii dimidiam libram denar. pro anniversario ipsius Alberti in Vigiliis et perpetuo celebrando. Item ad hospitale trans pontem dimidiam libram denar. et ad sanctum Lazarum domum leprosorum in der Staingrub prope civitatem Ratispon. dimidiam libram denar. pro consolatione seu pitantia infirmorum in ipsius Alberti anniversario facienda. Item in Raeuzzing 60 denar. ad luminaria Ecclesie, et 30 denar. plebano ibidem. Item in Snaeiding ad luminaria Ecclesie 30 denar. et plebano ibidem 30. Insuper in Tegernhaim ad luminaria Ecclesie 30 denar. et plebano ibidem 30. pro anime ipsius Alberti remedio et anniversario peragendo; et hec omnia predictus prepositus suique Successores, sicut coram nobis conventum est et promissum etiam stipulatione solempni cum consilio et consensu omnium fratrum suorum, post obitum ipsius Alberti persolvent et distribuent in perpetuum omni anno, non obstantibus Casibus supradictis; excres-

centias autem ejusdem curie ultra ea, que jam predicta sunt, predictus prepositus et conventus, eorumque Successores reservabunt pro Ecclesie sue utilitatibus expendendas. Ne autem pia intentio dilecti confratris nostri suo frustretur proposito et effectu, has penas de voluntate et petitione ambarum partium, ipso preposito et conventu ad eas se ipsos et Successores eorum voluntarie obligantibus, duximus infligendas, scilicet, quod quocunque anno in solutione seu distributione predictorum denar. vel partis eorum in quacunque Ecclesia prenominata, parochia vel loco predictis cessatum fuerit vel negligenter actum in terminis, qui festa seu anniversaria predictorum contingunt, ex tunc prepositus, custos et tres de conventu seniores, qui pro tempore in Ecclesia sancti Magni fuerint, et quos evidens corporis debilitas non impediverit seu excusaverit, tamdiu a vino, piscibus et carnibus abstineant, donec de predictis denar. in quorum solutione cessatum fuit vel negligenter actum, plenarie fuerit satisfactum, illorum autem fratrum, quos a pena predicta evidens excusat debilitas, locum et vicem in penis supplebunt, qui ipsis in stalli ordine proximi sunt locati, quam penam auctoritate Ordinaria confirmamus, et volumus observari; insuper etiam cuilibet Ecclesie seu parochie, hospitalibus seu aliis domibus et personis a memorato preposito seu conventu repetendi in judicio, quod cuique debetur, actio remanebit, penis predictis in suo robore nihilominus duraturis. In cujus rei testimonium presentes litteras nostro, predicti prepositi et conventus, et predicti Alberti confratris nostri Sigillis in perpetuam rei memoriam placuit communiri, testibus, qui eidem interfuerunt negotio, subnotatis, qui sunt hii: Chunradus decanus, Hainricus de Eschelbach, Philippus Scolasticus, Magister Eberhardus, Albertus de Pilsting nostre Ratispon. Ecclesie Canonici. Nos igitur Rimarus prepositus et Conventus sancti Magni trans pontem Ratispon. confitemur et recognoscimus omnia scripta superius esse acta taliter, et nos et Successores nostros ad omnia et singula ea obligasse, que in hoc instrumento sunt, et quemadmodum sunt predicta, fratribus nostris, qui hoc tempore de nostro sunt conventu, pro testibus subnotatis, videlicet Ditmarus, Fridericus de Heglwerd, Chunradus custos, Hainricus scolasticus, Chunradus Muzchopf, Ulricus, Fridericus sacerdotes, Albertus diaconus, Marchardus subdiaconus, Chunradus subdiaconus. Actum et datum anno dni 1303. XIIII. Kal. Septembris.

Quatuor Sigilla integra adpendent.

Num. DCCLXI. 1303. 9. Octobr. Ex Originali.

Oppignoratio duarum librarum denar. Rat. ex Curia primaria in Geisling ad debitum expungendum.

Wir Bischof Chunrad von Regenspurch verjehen an disem brief, daz wir unserm getreuen Hainrich dem Auer pei dem purgtor ze Regenspurch schuldich warn worden 20 tt. R. dl. umb unsers Gotshaus Notdurft, und seit wir im der izo nicht gelten mochten mit Beraitschaft, haben wir im darumb geschaft und gegeben 2 tt. Gelts R. dl. alle Iar ze geben im oder seinen Erben auz unserm Ampthof ze Geisling ze sant Marteins-Meſs in allem dem Recht, alz man uns di geben sol davon, untz wir oder unser Nachchomen diselben 2 tt. Gült von im, oder von seinen Erben widerchauft und erledigt, ze swelher Zeit in dem Jar uns daz fügt, umb di vorgenannten 20 tt. R. dl. Darüber geben wir disen brief mit unserm Insigl besigelten, der ist geben ze Regenspurch, do von Christes Gepurd vergangen waren 1303 Jar, an sant Dionysii Tag.

Sigillum est avulsum.

Num. DCCLXII. 1303. Ex Originali.

Incorporatio Parochiae Schneiding facta ab Epo Conrado suo Capitulo.

Nos Chunradus dei gracia Ratisponensis Ecclesie Episcopus constare volumus universis presencia inspecturis, quod vigili corde et intenta pensantes sollicitudine, qualiter karissimi confratres nostri venerabiles, videlicet Capitulum Ratisponen. qui una nobiscum unum corpus efficiunt, consiliis assunt, labores sufferunt cum oneribus nobis injunctos, commodius valeant in temporalibus sustentari, cum ea, que ipsis munificentia Regum et aliorum Principum predia large quondam tribuerat, maliciá temporis faciente per malos homines cottidie desolentur, imo jam sint pro parte maxima desolata, ita, quod secundúm numerum ipsorum nimis sint eorum redditus diminuti, Ecclesiam parochialem in Snaeuding nostre dyoc. cum omnibus juribus, capellis, dotibus et universis aliis ejus pertinentiis predicto nostro Capitulo, accedente consensu et concordi voluntate omnium, recipienti pro se et succedentibus sibi inposterum fratribus, donamus, concedimus, et tradimus pleno jure, sic, ut Vicarius perpetuus per ipsum Capitulum in eadem Ecclesia de cetero instituen-

dus duodecim libras denar. Ratispon. usualis monete in omnem eventum, ita, ut nec grando, nec sterilitas, seu quicunque alius notabilis defectus aut inopinatus eventus obstare debeat, cum propter hec eciam census major et amplior, qui exinde hactenus solvi consueverat, ad talem sit moderacionem redactus, nomine pensionis annuatim solvat in terminis subnotatis, videlicet in festo beati Georii 4 tt. item in festo beati Michahelis alias 4 tt. et in festo purificationis proxime subsequentibus residuas et ultimas 4 tt. obellario ipsius Capituli, qui pro tempore fuerit, assignandas, et per eum inter confratres ipsius Capituli presentes dividendas certis diebus et festivitatibus infra scriptis. Si vero ipse Vicarius in prescriptis terminis, seu quolibet eorundem negligenciam committeret in solucione designata, quod absit, ex tunc, nisi eandem negligenciam celeriter purgaverit seu recuperaverit infra dies quatuordecim continue subsequentes premissorum quemlibet terminorum, ab omni jure Vicarie debebit cadere ipso facto, et per sententiam ipsum jure sibi quesito ex tunc, prout ex nunc privamus et privatum pronunciamus in hiis scriptis. Adjectum est eciam, quod ipse Vicarius omnia et singula onera, sive illa ex parte Legatorum Sedis Apostolice, Dyocesani, Archydiaconi, seu alias undecunque vel ex quacunque causa contingat eidem Ecclesie inponi, solus sustineat atque solvat, oneribus papalis decime solummodo exceptis, quibus emergentibus Capitulum pro se, et Vicarius pro suis partibus decimabunt. Predicti eciam confratres nostri gracie ipsis per nos facte per vicissitudinem pie gratitudinis respondentes pro se suisque Successoribus se obligant et bona fide promittunt et promiserunt unanimi voluntate, quod anniversarium obitus nostri diem, quandocunque Domino disponente occurrerit, cum Vigilia et missa defunctorum perpetuo celebrabunt, et eodem die de numero pensionis prescripte obellarius inter presentes distribuet unam libram, et de Cellario pro vino latino cellerarius similiter unam libram, item in Septimo et Tricesimo nostri anniversarii duas libras. Item in die nativitatis beate Marie Virginis ad processionem unam libram. Item in festis corone Domini et beate Petronelle cum pleno Officio agendis duas libras, et in eisdem diebus proxime nunc expressis dicetur Collecta pro duobus Epis, videlicet nobis, et quondam dno Hainrico de Rotenekke nro predecessore. Item in festo beati Cholomani eciam cum pleno Officio peragendo unam libram ad oblajum, et ad cellarium pro vino latino similiter unam libram. Item in anniversariis quondam dni Chunradi de Luppurch germani nostri, et Hailwigis uxoris sue, quondam Friderici

Lantgrafii de Leutenberg filie duas libras. Item in anniversariis quondam Ortlibi, filii olim Hugonis inter latinos, et Wilbirgis matris ejusdem Ortlibi uno die et sub uno officio celebrandis unam libram. Distributiones autem hmoi quoad Vinum latinum presentibus tantum fieri volumus, denarii vero distribuentur habita distinctione de nobis, adhuc per dei graciam viventibus, seu dum de medio sublati fuerimus, secundum consuetudines et Statuta ipsius Capituli, et sicut in similibus fieri consuevit. In cujus donacionis ac ordinacionis testimonium presentes dedimus litteras, nostri ac predicti Capituli nri Sigillorum munimine roboratas. Datum Ratispone anno dni 1303.

Sigillum Epi illaesum adpendet, altero Capituli avulso.

Num. DCCLXIII. 1304. 14. Dec. Ex Originali.

Compromiſs zwischen dem Grafen Wernhart von Leonsberg, und dem Kapitel von Regensburg über die Beschaedigung in Eberau.

Wir Graf Wernhart von Lonsperch tun chunt allen den, di disen brief sehent oder hörent lesen, daz wir umb allen den schaden, den wir haben getan den ersamen herren, den Korherren von Regenspurch an irem gut datz Eberawe an Rindern, an Roſsen, und andern ding, swelchen schaden si von unsern wegen habent genommen, haben wir unserthalben an Schidleut lazzen, und haben auch di benannt, hrn Hadamaren von Laber, und hrn Haborden von Suniching, und auch diselben Korherrn haben umb den schaden von ir wegen auch an Schidleute lazzen und haben di benannt, hrn Chunraden den Tumtechent von Regenspurch und hrn Heinrichen von Awe den probste, und habent diselben Korherren und auch wir mit gemainer Chür einen Uebermann genommen hrn Fridrichen von Awe, und ist auch vertaidingt zwischen uns also, daz wir unser schidleut pringen suln hintz Regenspurch an dem nächsten Sunntag nach dem Perchtag, der nu schirst chumt, und mügen wir der niht gehalten, so suln wir ander nennen datz Regenspurch, di wir gehaben mügen an demselben Tag, dazselbe suln auch di vorgenannten Korherren tun, und suln di vier zusame chomen auf denselben Tag mit sampt dem Uebermanne, und suln wir und auch diselbn Korherrn des gebunden sein, daz wir paidenthalben stät haben, swaz der schidmanne zwen mit dem Uebermann verschaident, und auch auf der

stat verpürgen, swaz umb den schaden hintz uns verschaiden wirt. Ez sol auch die schidung vollendet werden nach dem vorgenanten Sunntag in 3 Tagen; geschäh aber des nicht, von swelhen sachen daz geschäh, on ehafte not, so sol di sache stin, alz si jtzund stet vor der schidunge, und sulen di schidleute fürbaz dheinen gewalt haben. Ist aber, daz uns ehafte not irret, daz sulen wir den Korherren chunt tun vor dem vorgenannten Sunntag, und swenn di ehaft not end hat, so suln wir on Gevärde an dem andern Tag unser schidleute hintz Regenspurch pringen und di schidung aller ding vollenden, alz vor verschriben ist. Und daz daz also stät beleibe, geben wir den vorgenannten Korherren disen brif versigelten mit unserm Insigel ze einem Urchund, und daz des diselben Korherren auch gebunden sein, habent si disen brief auch versigelt mit ir Insigel. Daz ist geschehen ze Regenspurch, do von unsers Herrn gepurt waren 1304 Jar, des nächsten Tags nach sant Lucein Tag.

Duo Sigilla adpendent.

Num. DCCLXIV. 1305. 11. Martii. Ex Originali.

Der Graf von Leonsberg vergütet dem Domkapitel den diesem in Eberau zugefügten Schaden mit dem Vogtrechte zu Oberdietfurt.

Wir Graf Wernhart von Lonsperch verjehen an disem prief, daz wir uns verricht und vertaidingt haben nach Herrn Albrechts Rat von Straubing mit den Chorherren von Regenspurch umb den schaden, den wir in taten auf ir Swaig ze Eberau, also, daz wir in gegeben haben unser Vogtrecht auf der Chirchen ze Dietfurt, alle Jar 5 tt. Gelts, daz si di 4 Jar nacheinander innemmen sullen, und daz wir si daran nicht besweren sullen, und bestätigen denselben Chorherren daz mit unsers pruders willen und Hant, und mit unser paider priefen und Insigel, und mit unsers Herrn des Hertzogen priefen und Insigel, der dez ir schirmer sol sein vor uns und vor andern Läuten. Ez sollen auch diselben Chorherren dazselb Vogtrecht lösen von dem Ekkenpeunter purger ze Lantshut um 5 tt. dl. R. di sint auch in der summ der 20 tt. stünd es aber icht mer, da solten wir ez selb umb lösen, wär es icht minner, daz solten si uns geben. Ez schol auch der vorgenannt Ekkenpeunter der purger prief von Lantshut in geben, swenn er der pfenning gewert, und daz er

nichtz anders auf di vorgenannt Vogtai ze sprechen hab. Wir sollen auch den Pfarrer von Dietfurt ledich lazzen der Vogtai auf di vorgenant 4 Jar, und daz schaffen, daz der Pfarrer den Chorherren di vorgenannt Pfenning gelob und gehaizze, und auch geb den nähsten Nutz, den man von der Vogtai geben schol, swenn der Ekkenpeunter gewert ist. Wir geloben auch, ob unser Vater Graf Heinrich Ansprach wolt haben gein denselben Chorherren umb di vorgenannte Vogtai, daz wir si zerledigen sollen. Wir haben auch nur den Chorherren ihren schaden gepezzert, und den Läuten nicht; und swenn wir daz volfüren, waz wir oben gehaizzen haben, so scholen si uns und unser Läut auz dem panne lazzen. Und daz daz denselben Chorherren also stät und unzerbrochen beleib, geben wir in disen prief mit unsers liben Herrn Hertzog Otten von Pairn Insigel, und mit dem unsern, und unsers pruders Graf Heinrichs Insigel ze einem Urchunde. Daz ist geschehen, da von unsers liben Herrn gepurt waren 1305. Jar, an sant Gregorien Abent.

Tria Sigilla laesa adpendent; Sigillum Ducis est equestre.

Num. DCCLXV. 1305. 11. Martii. Ex Originali.

Traditio Mancipii ad Eccliam Ratisbonen.

Wir Wernhard und Heinrich die Grafen von Leonsberch verjehen offenlichen mit disem brief, und tun allen den chunt, di in ansehent oder hörent lesen, daz wir durch Got ze vorderist, und durch unser sel willen Heil und säld Gerdruden, Chunrades des Mairs Hausfrawen von Eberau, di unser aigen was, von dem leib gegeben haben und geben, für aigen immermer ze haben, unserm lieben Herrn Bischolf Chunraden und sinem Gotteshaus ze Regenspurch. Daz daz also stät beleib, darüber geben wir disen Brief ze einem Urchund versigelt mit unser baider Insiegel. Daz ist geschehen ze Regensburch, da von Christes Geburtt waren 1305 Jar, an sand Gregorin Abent.

Adpendet tantum Sigillum Comitis Henrici cum Leone, alio fratris sui avulso.

Num. DCCLXVI. 1305. 23. Martii. Ex Originali.

Traditio Census ad 20 tt. ex Advocatia Ecclie Oberdietfurt.

Wir Graf Wernhart von Lonsperch verjehen an disem Brief, daz wir den ersamen Herren, den Chorherren von Regenspurch ze pezzerung für den schaden, den wir in getan haben ze Eberau datz irem Hof, gegeben haben den Nutz, 5 tt. Gült auf der Vogtai der Chirchen ze Ditfurt ze vier Jarn, und daz wir dem Pfarrer, und swer di pfenning geben schol, ledig haben lazzen ze denselben vier Jarn umb diselben 5 tt. di wir denselben Chorherren geschaft haben, daz si di innemmen und inne haben di vier Jar von disem Tag hiut und fürbaz, untz si diselben 20 tt. gewert worden; und geloben auch, daz wir derselben Vogtai und der 5 tt. den vorgenannten Chorherren Gewer sollen sein ze geben die 4 Jar, swo man si darumbe anspricht, swi doch der Gewerschaft nicht gedacht sei an dem brief, den wir in gegeben haben mit unsers Herrn des hertzogen Insigel und mit unserm und unsers pruders prieven und Insiegel. Und daz daz also stät beleib den vorgenannten Chorherren, geben wir in disen prief mit unsers liben pruders Insigel und willen verschriben, und mit dem unserm Insigel gevestent und gestätigt. Daz ist geschehen, da von unsers Herrn Geburt waren 1305 Jar, dez Ertags vor Mittervasten.

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. DCCLXVII. 1305. 12. Maii. Ex Originali.

Epi Conradi Statutum de disciplina in Hospitali trans pontem Ratisbon. observanda a Sororibus ejusdem.

Chunradus dei gra Ratisponen. Ecclesie Epus, dilectis in Xpo fratri Luipoldo Magro, totique Conventui fratrum et Sororum domus hospitalis ibidem site prope Monasterium sci Magni salutem et sinceram in dno karitatem. Cum anno preterito, videlicet dominice incarnationis 1304. aput vos et in domo vestra secundum Statuta canonum et debitum officii pastoralis visitationis officium per nos ipsos exercuerimus tam in capite, quam in membris, defectus quoque, si quos tunc ex parte fratrum tam in spiritualibus, quam in temporalibus conperimus, correxerimus et reformari mandaverimus, prout tunc visum fuit expediens et consultum, super correctione et reformacione defectuum, quos ex parte sororum professarum ejusdem domus eodem

tempore per diligentem inquisitionem invenimus, maturā et provida deliberacione prehabita sic statuendum duximus et statuimus, ut eedem Sorores tam presentes, quam eisdem successure subscripta in perpetuum et irrefragabiliter sub virtute sce obediencie observare debeant et tenere. Primo enim advertentes verbum Canonis, quo dicitur, quia dignum est, ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem senciant in legibus disciplinam, statuimus et ordinamus, ut ipse sorores et quelibet ipsarum tam nunc recepte, quam in posterum recipiende in sue receptionis initio proprietatibus quibuslibet abdicatis, castitatem et continentiam deinceps servandam voveant et anno probationis expleto professionem solempnem publice presentibus fratribus et Sororibus domus in Capitulo seu alio loco ad hoc apto secundum regulam et Statuta sui Ordinis faciant, et ad manus Magri obedienciam promittant, sicut in religionibus aliis est consuetum. Item intra domum, et extra maxime vestibus in panno et colore eisdem cum fratribus, cujus una ulna pro 12 denar. Rat. emi possit, secundum regulam, quam dicti fratres et Sorores communiter profitentur, et velo nigro et religioso in capite utantur, quibus etiam peppla sericea, pelles vulpinas seu alias consimiles inhibemus, ut per hoc ab aliis Beginis et Sororibus discernantur, ovinis tamen pellibus et pelliciis uti possunt, quemadmodum ipsi fratres. Volumus etiam, ut Sacerdotibus ipsius domus in faciendis Confessionibus sint contente, nec extra domum confiteantur preter nostram, seu Vicarii nri nobis absentibus petitam licenciam et obtentam. Prohibemus insuper districtius, ne ullo unquam tempore domum hospitalis exeant, preter ipsius Magri seu Vicarii ejusdem licenciam et permissum. Eisdem Sororibus etiam in remissionem peccatorum injungimus et districtissime mandamus, ut in servitiis et necessitatibus infirmorum se omni tempore, dum sane sunt et possunt, sedulas exhibeant et devotas, cum ad hmoi ministeria recipiantur, et ad hec secundum regulam sint astricte. Ceterum quia jure cautum est communi, ne plures persone recipiantur in aliquo monasterio, quam de ipsius facultatibus possunt commode sustentari, statuimus, ut Sororibus jam receptis et professis in suo statu manentibus numerus septenarius circa recipiendas de cetero in perpetuum nullatenus excedatur, rebelles autem et inobedientes ad ipsius Magri arbitrium cum consilio tamen seniorum fratrum et aliorum litteratorum seu religiosorum, si culpe qualitas hoc exegerit, puniantur. In quorum statutorum et ordinationis testimonium perpetuum presentes litteras scribi mandavimus, nostrique ac dictorum Magri et domus hospitalis Sigillorum muni-

mine sigillari. Datum et actum Ratispone anno dni 1305. Pangratii martyris.

Tria Sigilla adpendent.

Num. DCCLXVIII. 1305. 8. Jul. Ex Originali.

Des Leberskirchers Verzicht auf das Vogtrecht der Pfarr Gerzen.

Ich Ekhart von Leberschirchen vergich an disem brief, daz ich durch meiner sel willen und meiner Vordern hail abgesté und abgestanden bin gäntzlichen für mich und für alle mein erben, di ich han und noch gewinnen mag, und auch für mein Nachchomen aller der Gült, Vorderung und Rechtes, daz ich het oder mich annamm, daz ich ez hiet, hintz der pfarr oder hintz dem pfarrär, oder hintz den Widen der pfarr datz Gertzen, und vergich, daz ich dhein Vogtrecht han, noch gehabt han an derselben Chirchen oder an den Widem, di darzu gehörent, und gehaizz daz und pind auch mich und mein erben und mein Nachchomen darzu an disem brief, daz wir fürbaz ewichleichen von dem pfarrer, der heut da ist, oder von den, di fürbaz nach ihm choment, noch von der Chirchen, noch von der Chirchen-Gült, noch von den Widen, noch von den Zehenten dhein Gült, noch dhein Vorderung, swi di genannt sei, haben, noch haben sulen von recht oder von gewonhait. Daz daz alles also stät beleibe und unzerbrochen ewigleichen, han ich den brief gegeben mit meines Herrn Bischofes Chunrats von Regenspurch, und mit meines Herrn Hertzog Otten von Bäirn und mit mein selbs Insigeln versigelt, und sint dez Zeugen: Herr Ulrich pfarrer von Dingolving, hr Fridrich pfarrer ze Leuching, hr Rudiger pfarrer von Lotzenchirchen, und di bidern Laien Ott von Prunn, und Ott von Velben, und Ott von Präting, Fridrich der Neunhauser, und Hadmar der Chelnär von Teispach, und Chunrad der Pölnchovär und ander vil piderb Läut. Daz ist geschehen ze Liehtenhag, do von unsers Herrn Gepurt waren 1305 Jar, an sand Kilians Tag.

Tria Sigilla integra adpendent.

Num. DCCLXIX. 1305. 13. Dec. Ex Originali.

Gerichtsbrief über eine zwischen dem Ritter von Mur, und dem Bischofe von Regensburg, wegen dessen Gut in Wemding obwaltende Irrung ertheilt.

Wir Berchtold von Gotes genaden Graf ze Greispach tun chunt allen den, di disen brief ansehent oder hörent lesen, daz der erberg Ritter hr. Heinrich von Mur cham für unser Lantgericht uf dem Sichelperge, do wir ze gericht sazzen, und gewan Anleit mit recht uf unsers Herren des Bischofs Gut von Regenspurch uf sein eigen datz Wemdingen, darnach gewan hr. Chunrad von Haimberch der Tumprobst von Regenspurch von des Bischofs wegen von Regenspurch und sines Gotshauses, deren Versprecher er was, mit recht di Anlait wider, und wart wider gesetzet in sin Gewer, do wart in baiden ein Tag erteilt uf unser Lantgerichte ze der Griezprukke an dem nächsten Montag nach sand Niclaustag uf ir beider recht. Da chamen wir und sazzen ze gericht an demselben Tag; do nam der vorgenannt Tumprobst von Regenspurch hr. Chunrad von Haimberch einen Fürsprechen, und sprach der do mit Rat, er hört ungern, waz man hintz dem vorgenannten Eigen ze sprechen hiet; do nam der vorgenannt hr. Heinrich von Mur auch einen Fürsprechen, und stunt mit dem vor Gericht, und wolt daz vorgenannt Eigen nicht ansprechen. Do begert' der vorgenannt Tumprobst von Regenspurch mit sinem Fürsprechen ein Urteil ze ervarn, wan der vorgenannt hr. Heinrich von Mur mit Fürsprechen da stunt und daz vorgenannt Eigen nicht ansprechen wolt, ob er und daz Gotshaus von Regenspurch danne nicht billeich gerut solten sin vor der Ansprach: do fragten wir daz Urteil, waz darumb recht wär, do erteilten di Ritter uf ir Eit, daz si daz recht deucht, daz der vorgenannt Tumprobst und daz Gotshaus von Regenspurch mit dem vorgenannten Eigen datz Wemdingen solten geruhlich sitzen biz an den Tag, daz hr. Heinrich von Mur in und daz Gotshaus mit recht anspreche. Do begerte der vorgenannt Tumbprobst mit rat ein Urteil mit seinem Fürsprechen, wann er ein geistlich Mann wär, swer in und daz Gotshaus von Regenspurch umb daz vorgenannt Eigen von Wemdinge fürbaz ansprechen wolt, wo er und daz Gotshaus von Regenspurch eines rechten gehorsam solten sein. Do fragten wir der Richter di Ritter, waz darumb recht wär, do erteilten die Ritter gemeinchlich uf ir eit, daz der vorgenannt Tumprobst und daz Gotshaus ze Regenspurg die Wal wol heten, ze verantwurten und ze versprechen ir vorgenanntes Eigen ze Wemdinge vor geistl.

oder werltlichen gericht, swer in oder daz Gotshaus von Regenspurch darumb fürbaz ansprechen wolt; do bant sich derselb Tumprobst sich und daz Gotshaus von Regenspurch mit Urteil und mit recht umb dazselb Eigen datz Wemdinge hinder geistlich Gericht, und begert' ein Urteil, ob wir im und dem Gotshaus von Regenspurch nicht durch recht einen schirmer solten geben über dazselb vorgenannt Eigen datz Wemdingen. Do fragten wir umb di Ritter, die erteilten darüber uf ir eit, daz wir im und auch dem Gotshause ze Regenspurch durch recht einen schirmer solten geben über dazselb Eigen nach gerichts recht; do begert' er mit recht unser Graf Bertholds von Greispach des Lantrichters, daz gevil im mit recht und mit Urteil. Daz ist geschehen uf dem Lantgericht ze der Griezprukk, do von Christes geburte waren 1305 Jar, dez nächsten Montags nach sand Nicolaus Tag. Darüber geben wir ze einem Urchunt disen offen brief mit unserm Insigel versigelten.

Sigillum equestre adpendet.

Num. DCCLXX. 1306. 17. Aug. Ex Originali.

Confoederatio Eccliarum Ratisbon. et Frising.

Nos Eberhardus prepositus, Götfridus decanus, totumque Capitulum Frisingensis Ecclesie promittimus et solempni stipulatione spondemus, quod quascunque Sententias excommunicationis, suspensionis aut interdicti viri honorabiles dni . . prepositus . . decanus et Capitulum Ratisponen. Ecclie in quascunque personas, cujuscunque preeminentie, conditionis aut status fuerint, Collegia seu communitates, pro conservanda et tuenda libertate et emunitate Ecclca juste et rationabiliter protulerint, per nostram Civitatem et dyocesin publicabimus et publicari faciemus per terminos et districtus, et a nris subditis mandabimus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. In cujus rei testimonium presentes damus Sigilli nri robore communitas. Datum Frisinge anno dni 1306. XVI. Kal. Septembris.

Sigillum Capituli cum S. Corbiniano nitide sculptum adpendet.

Num. DCCLXXI. 1306. 12. Sept. Ex Originali.

Constitutio Epi Rat. ad Archiepum Salisburg. ratione tractatus super libertate Eccla manutenenda.

Reverendo in Xpo patri et dno suo, dno Chunrado ven. Archiepo, A. S. L. et viris honor. dnis Fr. preposito, H. decano, totique Capitulo sce Salzburgen. Ecclesie, Chunradus dei gra Epus, Chunradus prepositus, Chunradus decanus, totumque Capitulum Ratispon. Ecclie cum debita reverentia affectuosam semper ad quelibet beneplacita voluntatem. Dudum super negotio illo, super quo a vestri presentia nuper nostri procuratores et nuntii redierant, vestre rescripsissemus benevolentie, si non expectassemus legationem honor. virorum Capituli Ecclie Frising. qui ad Reverendum in Xpo patrem dnum Emichonem ven. ejusdem Ecclie Epum suos direxerant nuntios super negotio antedicto, volentes, ut in reditu ad ipsam vestri presentiam iterato iidem sui et nostri nuntii convenissent; sed quia ex parte ipsorum propter requisitionem hmoi nimis videtur retardari negotium, virum discretum Sifridum Canonicum Ecclie sci Johannis Civitatis nostre exhibitorem presentium ad vos duximus remittere, dantes ei plenam auctoritate presentium potestatem, ut cum pro observatione eorum, que utrimque per procuratores et tractatores vestros et nostros ordinata et tractata sunt pro manutenenda libertate Ecclca juxta tenorem instrumenti super hoc confecti per dilectos Confratres nros et Concanonicos magistrum Albertum de Chünigswart doctorem decretorum, et Didericum de Paumgarten, qui pro eo ex parte vestri mandatum se habere dicebant, fides a nobis et a quolibet nostrum requisita sit vestro nomine, et recepta vice prestiti Sacramenti pro observatione eorundem a vobis omnibus et quolibet vestrum pro nobis omnibus et quolibet ex nobis nomine nro fide similiter recipiat vice prestiti Sacramenti; instrumentum etiam a nobis petat et recipiat super tractatibus et ordinationibus antedictis, et ex parte nri simile vobis exhibeat instrumentum, ratum et gratum habituri, quidquid per eum factum fuerit in premissis. In cujus rei testimonium presentes damus Sigillorum nostrorum munimine roboratas. Dat. Ratispone anno dni 1306. II. Idus Septembris.

Duo Sigilla, Epi et sui Capituli adpendent.

Num. DCCLXXII. 1306. 19. Sept. Ex Originali.

Litterae Capituli Salisburg. ad Epum et Capitulum Ratisbon. super tuitione libertatis Ecclesiasticae.

Reverendo in Xpo patri et dno suo karissimo Chunrado Ratispon. Ecclie Epo, ac venerabilibus dnis Chunrado preposito, Chunrado decano, totique Capitulo ejusdem Ecclesie Fridericus dei gra prepositus et archidiac. Ecclie Salzburg. cum orationibus et reverentia devota paratam ad queque beneplacita voluntatem. Unionem inter nos mutuo pro tuitione libertatis ecclce initam vice nostra et totius Capituli Salzburgen. Ecclie per presentes promittimus manutenere, conservare et fovere, secundum quod in instrumento super hoc confecto continetur expressius, bona fide, et super eo in testimonium presentem litteram conscribi fecimus, Sigilli nostri munimine roboratam. Datum Salzburge anno dni 1306. XIII. Kal. Octobris.

Sigillum Praepositi Friderici Salisburg. adpendet.

Num. DCCLXXIII. 1307. 13. Jan. Ex Originali.

Reinbots von Schwarzenburg Revers über die ihm anvertraute Burg Sigenstein.

Ich Reinbot von Swarzenburch tun allen den chunt, di disen brief ansehent, daz ich mich der pflegnusse in Sigenstain, di mir min herre der Bischof Chunrat von Regenspurch enpfolhen hat auf min Treue, daran ich sant Peter und dem Gotzhaus ze Regenspurch gern dienen wil, also underwunden han, daz ich ir mit ganzen Treuen und Fleizz pflegen will, noch dheinen mann davon nicht tun sol noch wil, davon minem vorgenannten Herren und dem Gotzhaus on sinen Willen und sin Gepot nicht schadens oder Chlag werben, noch ich, noch dhein mein erb daruf dhein ansprach oder recht haben suln. Ze swelher Zit in dünkcht und an swelher weil in dem Jar, so mag und sol er mich vercheren, und sol ich on all Widerred davon gestén. Ich sol ouch mit sinem Gepäu, noch mit sinem Chasten, noch mit sinen Läuten, noch mit Zins, noch mit Steur, noch mit dheinem sinem Ampt, noch mit dheinem sinem Gut ichte ze schaffen haben, und sol auch dheinen schaden, den ich in der pflegnuss näm, dem vorgenannten Bischof, noch sinem Gotzhaus nicht raiten und ist ouch er mir sin nicht gepunden abzetun, swann er mir dez Jars ze einemal 12 tt. R. dl. ze purchhut geit, so ist er

mir nicht mer schuldig, ez sie dann an sinen genaden. Ich sol ouch dez Gotzhaus Leut Niemant under mich mit Heirat oder mit gewalt ziehen on dez Bischofs Urlaub, diweil ich sin pfleger pin; ich sol ouch dise purch, ob min Herre der Bischof nicht enwär, dez Got nicht wolle, jemant inantwurtten, dann der Gemain dez Capitels ze Regenspurch. Ich widersag ouch an disem prief allem recht und aller Ansprach, di ich oder min erben haben möchten hintz minem herren dem Bischof und hintz sinem Gotzhaus von der vorgenannten Pflegnüsse, dann alz vil hie geschriben stat. Darüber han ich ze Urchund disen prief gegeben dem vorgenannten Bischof versigelt mit minem Insigel, und mit mines Oeheims Insigel hrn Chunråts von Haimberch dez Tumprobstes von Regenspurch. Daz ist geschehen, do von Christes Gepurt waren 1307 Jar an dem achten Tag nach dem Perhtag.

Duo Sigilla illaesa appendent.

Num. DCCLXXIV. 1307. 16. Jan. Ex Originali.

Oblatio et receptio feudi in Kefering et Steten facta ab Ekperto de Haidau.

Ich Ekpreht von Haidowe vergich und tun chunt an disem brief allen den, di in sehent oder hörent lesen, daz ich mit gutem rat und willen für mich und für mein erben ufgegeben han min rechtez Aigen, daz ich het ze Chefring, und gült 30. Schaf allerlai Getraides, und 1 tt. R. dl. und chlainen Dienst; und daz Aigen ze Steten, daz Gült 8 Schaf Rokken, 3. Habern, 60 dl. und chlainen Dienst, meinem Herrn dem Bischolf Chunraden von Regenspurch und sinem Gotzhaus, und han es wider von im enpfangen ze rehtem Lehen, und ist daz geschehen ze einer Widerlegung dem Gotshaus ze Regenspurch, da mir erlaubt min vorgenannter Herr der Bischolf, ze verchaufen dem Chloster ze Walterpach daz Gut ze Obernholtz, daz ich ze Lehen het von minem egenannten Herrn dem Bischolf und von sinem Gotzhaus. Ditz ist geschehen ze Regenspurch, da von Christes Gepurt waren 1307 Jar, des Montags nach dem achten Tag nach dem Prehtentag.

Sigillum integrum adpendet.

Num. DCCLXXV. 1307. 12. Martii. Ex Originali.

Recompensa et permutatio duarum Vinearum apud Kruckenberg facta Ecclīae Ratisbon, loco venditae Curiae Pernting.

und aufläuff, di zwischen sein und unser baider Läut jetzunt sint, oder fürbaz aufgestünden, gegangen sein hinder unser lib getreue Albert und Alram die edeln Graven von Hals, daz di diselbe sach und Aufläuff gäntzlich abnemen und auzrichten sullen, und haben wir in dez baidenthalben gegeben vollen gewalt, und hat der obgenannt unser herr der Bischof zu sampt in gegeben den ersamen Tumprobst Herrn Wernten den Schenchen von Reichenekk, und Ditrichen von Au seinen Pfleger ze Stauff: So haben wir zu den obgenannten Grafen von Hals gegeben Hiltpranden von Chamerau unsern Vitztum ze Straubing und Ulrichen den Ekker, also, daz di 6. alle sache auzrichten sullen nach ir Treuen. Und möcht der vier ainer oder mer dabei nicht gesein, so sol man je von dem Tail ainen andern oder mer an der stat nemen, der gepristet (abgeht). Und die oben verschriben sache alle gehaizzen wir im bei unsern Treuen stät ze haben von hinne untz auf die Weihnachten, di schirst chument, und von danne über 2 ganze Jar, und darüber ze einem Urchunde geben wir im den brief versigelten mit unsern Insigeln, der ist gegeben ze Straubing, do man zalt von Christes Gepurt 1327 Jar, an dem Mitichen nach sand Ulreichs Tag.

Duo Sigilla sunt avulsa, et adpendet solum Ducis Ottonis Sigillum.

Num. DCCCXLIX. 1327. 28. Jul. Ex Originali.

Dienstverschreibung Heinrichs von Hohenfels an Bischof Nyclas mit 6 Helmen und mit der Veste Falkenstein.

Ich Hainrich von Hohenvels vergich offenlich an disem brief, daz ich meinem gnädigen Herren Bischof Nicla von Regenspurch gelobt und gesworen han, ze dienen mit 6. erbärgen Dienern mit Helm wol vertigen, swo er ir hinbedarf inner Landes oder auzzer landes gein allermännchlich, on wider Hainrich von Bayrn den Alten, dem sol auch ich wider den Bischof nicht dienen, und schol auch im warten mit meiner Vest Valchenstain von hin biz sand Jakobestag, der schirst chumt, und von dann über 2 Jar, und darumb hat er mir gehaizzen ze geben 100 tt. R. dl. der schol er mir alle Jar auf sand Jacobes tag geben 33 tt. und 80 dl. Geschäh des nicht, so mag ich in und sein Gotshaus pfenden zu seinen Vesten mit seinem Willen, und daz pfant widergeben umb diselben pfenning. Ich han mich auch verzigen und verzeich mich mit disem brief aller der

Ansprach, die ich hintz dem Gotshaus het von des Prennbergers wegen oder von anders Jemant von dez Gotshaus wegen. Darüber ze einem Urchund gib ich disen brief mit meinem Insigel versigelt, der ist geben ze Stauff, do man zalt von Christes Gepurt 1327 Jar, des Mitichen nach sand Jacobestag.

Sigillum adpendet.

Num. DCCCL. 1327. 14. Sept. Ex Originali.

Epo Nicolao committitur absolutio a censuris eorum in sua Dioecesi, qui super subsidio Archiepi Salisburg. cum hoc concordarunt.

Reverendo in Xpo patri dno Nycolao Epo Ratisponen. Fridericus dei gra abbas monasterii in Chremsmünster Patav. dioc. orationes devotas in dno Ihu Xpo. Ad requisitionem et voluntatem Reverendi patris, dni Friderici Archiepi Salzburgen. aplce Sedis Legati, cui sumus cum quibusdam collegis nris executores ab eadem Sede deputati super moderato subsidio sibi ab universis personis ecclcis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis sue provincie prestando, prout in litteris aplcis plenius continetur, paternitati vestre absolvendi hmoi personas vestrarum Civitatum et dyocesis, que cum dicto dno Archiepo nunc concordaverunt, et etiam eas, que in posterum concordabunt, a penis et sententiis, quas ex processibus super dicto subsidio factis et habitis inciderunt, easque relaxandi et tollendi liberam facultatem concedimus, et in hac parte committimus vices nostras. Datum in Chremsmünster anno incarnationis dni 1327. die exaltationis sce Crucis.

Sigillum abbatis adpendet.

Num. DCCCLI. 1328. 18. Maii. Ex Originali.

Appropriatio Curiae in Wackerstein.

Wir Graf Albrecht von Hals verjehen und tun chunt allen den, di disen prief ansehent oder hörent lesen, daz wir den ersamen Herren und dem Capitel ze Regenspurch auf dem Tum den Hof, der ze Wacherstain gelegen ist, den Hainrich der alt Gumppenperger und sin Erben von uns gehabt habent ze Lehen, geaigent, und in

denselben Hof für ein reht vreies Aigen geben haben für uns und für alle unser Erben: So hat uns der vorgenannt Gumppenperger sinen aignen Hof, der ze Uirsing ist gelegen, aufgeben uns und unsern Erben, und hat in von uns wider ze Lehen enpfangen er und sin Erben. Darüber ze Urchund geben wir disen prief mit unserm Insigel versigelt, der geben ist ze Regenspurch, da man zalt von Christes Gepurt 1328 Jar, am Mitichen vor dem Pfingstag.

Sigillum minimi moduli adpendet.

Num. DCCCLII. 1328. 27. Maii. Ex Originali.

Confoederatio Ducum Bavariae inferioris cum Epo Ratisbon. contra Cives Ratisbon.

Wir Heinrich, Ott und Heinrich von Gotes genaden pfallentzgraven ze Reyn und Herzogen in Baiern verjehen offenbar an dem brief, wan der Maister, der Rat und di gemain der purger ze Regenspurch uns an unsern rechten, die uns zugehörent von unser herrschaft und von unserm land ze Baiern, lang her geirrt habent, und noch unpilleich daran hindernt, alz wir si dikch ze rede gesezt haben mit unserm Rat: Nu haben wir uns gein unserm liben Herrn hrn Nyclasen, dem ersamen Bischofe ze Regenspurch dezselben gebresten bechlagt von besondrer Treu und Freuntschaft, di er lang zu uns gehabt hat und noch fürbaz gern hat, darzu auch di gemainschaft, di er mit sampt uns an denselben rechten hat und zu seinem Gotshaus gehörent; der hat sich also gein uns verpunden, und wir gein im mit guten Willen und verdahten Mut, daz wir on sein Wizzen, Willen und Wort fürbas dheinen Frid, Satz und Sün sullen noch wellen haben mit der Stat ze Regenspurch, und gehaizzen und geloben daz bei unsern Treuen in Aides geweis, darbei einander ze bleiben wider diselbe Stat mit aller unser Macht. Geschäh auch daz, daz unser vorgenannter Herr Bischof Nyclas bei dem land nicht enwär, so mögen wir wol einen Satz machen, der uns und auch im füglich und nützlich ist, doch also, daz wir baidenthalben genomen haben Graf Albrecht und Graf Alramen von Hals, Härtweigen von dem Degenberg, Sighart von Eglolfshaim, Fridrich den Achtorffer, und Dietrichen von Aw, nach deren rat wir denselben Satz machen sullen, und ob di alle dabei nicht möchten gesein, so mügen wir zu uns nemen der von Hals ainen, swelher der ist, und zwen aus den viern, swelhe dabei mügen gesein. Ez habent auch di vorgeschriben 6. mit sampt uns bei ir Treuen in Aides geweis

uns baidenthalben gehaizzen und gelobt, daz si mit rat und mit helff uns darzu weisen und halten, daz di vorgeschriben sach stät und ganz on allez Gevärde von uns beleibe. Ez suln auch dise Pünde und Gelübte zwischen uns baidenthalben wehren von hinne untz hintz Weinahten, di schirst chument, und von dann über 3. ganze Jar, und darüber ze Urchund geben wir im den brief versigelten mit unsern Insigeln, der ist gegeben ze Straubing im Iar 1328. an dem Freitag in der Pfingstwochen.

Tria Sigilla adpendent: duo priora sunt equestria, tertium continet tantum rhombos.

Num. DCCCLIII. 1328. 6. Jun. Ex Originali.

Hanns von Ibs Vereinigung mit Bischofe Niklas über Schuldsachen dieses an jenen.

Ich Hans von Ibs Mauttner ze Stayn vergich offenbar an disem brief, daz mir mein Herre pischof Nycla von Regenspurch an dem Chauffe, den er von dem Perwarter getan hat, schuldich worden waz 180 tt. Wienner pfenning, di ich im durch meiner Treue willen mit beraitem pfenning gelihen het, und auf derselben pfenning 40 tt. di ich ab den Juden nemen must durch meiner Notdurft willen, sind ze schaden gegangen untz auf disen heutigen Tag von Perhtnahten 8 tt. dl. di andern sind on schaden gestanden, so han ich für in vergolten Ullein von Ibs um Zimberholtz 5 tt. daz hr Heinrich sein pfleger hintz Pechlarn gechauft hat. Ich han im auch Zimberholtz geben zu seinen Häusern ze Wien umb 6 tt. der Sume wirt überal 199 tt. Wienner pfenning, der ich mit beraitem pfenning von Hrn Peter pfarrer ze Pechlarn und Hrn Heinrich pfarrer ze Michelnhausen gewert bin gar und gäntzleichen untz an 10 tt. di ich mit guten Willen und on allen schaden nach Hrn Heinrichs Bet han lazzen gestén untz auf sand Michels Tag, der schirst chumt, der man mich dann weren und verrichten sol mit alten Wienner pfenningen; Swenn man mir auch gewishait gibt umb diselb 10 tt. der man mir noch beleibt, so sol und wil ich auch alle di brief, di ich von meines herrn wegen des Pischofs inne han, und von hrn Heinrich des Pfarrers von Michelnhausen, wider geben, wan si ledich sint, on allen Chriech, oder swer di von meinen wegen inne hat, ich sei lebentig oder tot, daz gehaizze ich mit meinen Treuen. Und darüber, daz dise red stät und unzerbrochen beleib,

gib ich ze einem Urchunde disen brief mit meinem hangenten Insigel versigelten. Dise Taidinch sint geschehen ze Wien, do man zalt von Christes gepurt 1328 Jar, des Montages nach sand Erasmes tag.

Sigillum fractum adpendet.

Num. DCCCLIV. 1328. 5. Octob. Ex Originali.

Vereinigung und Verschreibung der Auer untereinander.

Ich Dytrich von Awe pfleger zu Stauff, und ich Peters sin Hausfrowe, ich Fridrich von Awe probst ze Regenspurch, und ich Chungunt sin Hausfrowe, ich Hainrich der Tundorfer, und ich Cecili sin Hausfrowe verjehen und tun chunt allen den, di disen prief ansehent oder hörent lesen, daz wir von unsers Swehers und Vaters geschäft, daz er tet unser Swiger und Mueter, siner sel und sinen Freunden, daz wir geben haben von dem Guet, daz wir dem Chaiser ledich liezzen und berait geben musten, und auch von dem Guet, daz wir dem Notthaft geben musten, und waz im geschäft waz, und auch von mannicherlai Unglük, daz uns seit ist angegangen, in grozzes Gelt gevallen sein. Nu haben wir uns dez verpunden gegen einander und gelobt mit gueten Treuen on allez Gevär für uns und für all unser Erben, swaz wir dez Guets geben haben oder noch schuldich sein, und mit schaden noch verziehen müzzen, daz wir dazselb Gelt und Guet geben und gelten schulen von aller der Hab, swo di liegt, und wie di genannt ist, di unser Sweher und Vater lazzen hat uns und unsern Erben an der Notthaftin und der Rochtzannerin leipgeding, daz in gevallen schol an der stat. Daz dise vorgenannt Verpintnüzze und Gelübd stät und unzerbrochen beleiben zwischen unser und unser Erben, geben wir disen prief versigelt mit unser dreyer Insigeln; so verpinten wir uns ich Chungunt di Pröbstinn, ich Peters die Awerin, ich Cecili di Tundorfferin unter unser Wirtt Insigeln, stät ze behalten und ze vollfüren, swaz vorgeschriben stet, mit guten Treuen on allez Gevär. Daz ist geschehen, do von Christes Gepurt waren 1328. Jar, dez nachsten Mitichen nach sand Michels Tag.

Medium Sigillum fractum, scil. Frid. de Awe cum Scuto Auerorum adpendet, primo et ultimo deperditis.

Num. DCCCLV. 1328. 22. Octobr. Ex Originali.

Bulla papalis pro defensione bonorum Epatus Ratisbon. et Archiepi Salisburgens. Subdelegatio desuper ad Arnoldum Canonicum Augustanum.

Fridericus dei gratia sce Salzburgen. Ecclie Archiepus, Aplce Sedis Legatus, dilecto in Xpo Magro Arnoldo Canonico et plebano Augusten. salutem in dno. Litteras sanctissimi in Xpo patris et dni nri dni Johannis Pape XXII. cum ejus bulla plumbea et filo canapis bullatas, salvas et integras recepimus per omnia in hec Verba: Johannes Epus servus servorum dei, venerabilibus fratribus . . Archiepo Salzburgen. A. S. L. . . Epo Patavien. ac . . dilecto filio Scolastico Ecclie Eysteten. salutem et aplcam ben. Ad hec nos deus protulit in familiam domus sue, ut oportuna singulis provisionis auxilia fidelis servitutis injuncte prudentia pro tempore dispensantes eorum presertim utilitatibus intendamus, occurramus dispendiis, ipsosque ab oppressionibus relevemus, qui assumpti in partem sollicitudinis potioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane venerabilis fratris nri Nycolai Epi Ratispon. conquestione percepimus, quod nonnulli venerabiles fratres nri, Archiepi, Epi et alii Ecclesiarum prelati ac Clerici, ecclesiasticeque persone tam seculares, quam religiose, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Nobiles, Communia, Civitatum universitates, castrorum, villarum et aliorum locorum, et alie singulares persone Civitatum et diocesium ac partium vicinarum occuparunt et occupari fecerunt et faciunt villas, castra, terras, domos, possessiones, census, pensiones, pecuniarum summas, redditus et proventus, jura, jurisdictiones, et alia bona mobilia vel immobilia, spiritualia et temporalia ad suam mensam Eplem spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu eadem detinentibus prestant auxilium et favorem, quodque nonnulli predictorum, qui nomen dni in vanum recipere non formidant, prefato Epo in villis, castris, terris, domibus, vineis, possessionibus, censibus, pensionibus, pecuniarum summis, redditibus, proventibus, juribus, jurisdictionibus, bonis et rebus aliis ad eandem mensam spectantibus multiplices molestias ac injurias inferunt et jacturas. Quare idem Epus nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores ac injuriatores hmoi volentes remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, et aliis aditus committendi similia precludatur, discretioni itaque vestre per aplca scripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum per nos vel alium seu

alios etiam, si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et judices, dicto Epo efficacis defensionis presidio assistentes non permittatis eum super premissis et quibuslibet aliis bonis et juribus ad mensam suam predictam spectantibus ab eisdem et quibuscunque aliis indebite molestari, vel sibi gravamina seu dampna vel injurias irrogari, facturi eidem Epo, cum ab eo vel procuratore seu procuratoribus suis fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione castrorum, villarum, domorum, vinearum, possessionum, censuum, pensionum, pecuniarum summarum, reddituum, proventuum, jurium et jurisdictionum et aliorum quorumcunque bonorum, nec non et de quibuslibet injuriis et molestiis atque dampnis presentibus et futuris in illis videlicet, que judicialem requirunt indaginem, summarie et de plano sine strepitu et figura judicii, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exegerit justitie complementum, occupatores seu detentores, molestatores, presumptores et injuriatores hmoi, nec non contradictores quoslibet et rebelles cujuscunque dignitatis, status, ordinis vel conditionis extiterint, quandocunque et quotienscunque expedierit, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessoris nri ordinationibus, — — presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Avinioni XII. Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno undecimo.

Verum quia arduis Ecclie nostre negotiis multipliciter impediti causis prefati . . Epi Ratispon. intendere non valemus, discretioni tue in omnibus causis, quas idem Epus Archiepis, Epis, necnon Ducibus, Comitibus, militibus ac aliis personis ecclcis et secularibus, quocunque modo censeantur, coram te movet seu movere intendit, committimus vices nostras in virtute sancte obedientie precipiendo mandantes, quatinus vocatis partibus causas easdem juxta tenorem predictarum litterarum aplcarum audias, decidas et exequaris omni modo, quo nos ipsi facere hec possemus. Datum Salzburge X. Kalend. Aprilis, anno dni 1329.

Sigillum Archiepi maximi moduli adpendet.

Num. DCCCLVI. 1329. 23. Jan. Ex Originali.

Obligatio Landgrafii in Leuchtenberg erga Nicolaum Epum Ratisbon. de non impediendo ipsum in provincialibus Bavariae judiciis.

Wir Ulreich von dem Leutenberg verjehen offenlich an disem brief, daz wir gehaizzen und gelobt haben bei unsern Treuen unserm liben Herrn Pischof Nyclan von Regenspurch, daz wir in und seinen Nachchomen und daz Gotzhaus ze Regenspurch nicht hindern sullen auf dheine geweiz, diweil wir leben, oder umb dhein sach an dem Lantgericht in Bayern, daz dazselb Gotzhaus hat, und swaz Chriegs oder Ansprach wir heten oder gewinnen gein demselben Pischof, seinem Nachchomen oder dem Gotshaus, darumb soln wir si ze red setzen, nnd sol man daz gütleich und vreuntleich auzrichten. Geschäh dez nicht, so suln wir 7 oder 5. auz seinem Rat nemen, swaz di dann darüber ertailent mit einem rechten, daz sol uns genügen und darüber suln wir dem Gotshaus dheinen Ungemach werben, nur Dinst und Fürderung. Darüber ze einem Urchund geben wir im disen brief versigelt mit unserm Insigel, der ist geben ze Regenspurch, da von Christes Gepurt waren 1329 Jar, dez Montags vor sant Paulstag, als er bechert wart.

Sigillum equestre adpendet.

Num. DCCCLVII. 1329. 23. Junii. Ex Originali.

Quittung Alberts des jungen Hager über die vom Bischof Niklas gelösten Höfe in Särching.

Ich Albreht der jung Hager, und ich Elspet die Drauchpechinn sein Muter und alle unser Erben verjehen und tun chunt allen den, di disen brief ansehent oder hörent lesen, daz unser genädiger Herre Pischof Nycla von Regenspurch di Höfe und di Gut gelegen datz Särching, die der Karel der Hager mein Vater, dem Got genade, ennher ze einem Widerchauffe inne gehabt hat, von uns allerding geledigt und geloset hat als gänzlich, daz wir uns und unser Erben ze durchslächt verzigen haben, und verzeihen auch uns mit disem gegenwürtigen brief aller Ansprach und aller Vorderung auf di vorgenanten Gut ze Särching, und daz darzu gehört, immer mer. Wir verjehen auch, swaz Hantveste oder brief über diselben Gut gehörent und gegeben sint, daz di allerding tot und absint, und dhein Chraft mer habent, swo si sint, oder fürbaz fürchoment; und ze ei-

nem Urchunde und Sicherheit derselben Verzeichnüzze und aller der vorgeschriben sache geben wir, ich Albreht der Hager und ich Elspet die Drauchpechinn sein Muter disen brief für uns und für all unser Erben versigelten mit unser baider Insigeln. Daz ist geschehen, do von Christes Gepurt waren 1329 Jar, an sand Johannes Abent ze Sunwenten.

Sigillum Elisabethae Drauhpechin laesum adpendet, altero filii sui avulso.

Num. DCCCLVIII. 1330. 27. Martii. Ex Originali.

Der Herren von Schwarzenburg Ueberlassung des Patronatsrechts auf Grafenkirchen ans Domkapitel zu Regensburg.

Ich Reimbot und Chunrat Brüder von Swartzenburch, und ich Reimar, Reimbotens Sun und alle unser Erben verjehen und tun chunt allen den, di disen prief ansehent oder hörent lesen, daz wir durch unsers liben Herrn und Bruders, Herrn Chunrats von Swartzenburch Chorherrn ze Regenspurch willen und Pet den Chirchensatz ze Grafenchirchen mit allem dem, waz darzu gehört, swi ez genannt ist, alz in all unser Vordern bizher an uns pracht habent, für rechtes und vreies Aigen aufgegeben haben ledichlichen und vreilich den ersamen Herren den Chorherren von dem Capitel ze Regenspurch, daz si fürbaz di Lehenschaft und alle di Recht, die wir daran gehabt haben, ewichlichen haben schulen, also, daz wir, noch dhain unser erben, di wir jtzu haben oder fürbaz gewinnen, nimmermer dhain Ansprach darnach gewinnen schulen, noch mügen, wenich noch vil on alles Gevärde. Wir verjehen auch, daz wir den vorgenannten Chorherren di égenannt Chirchen mit allen iren Rechten vertreten und versprechen schulen an aller stat, swo si darumb angevertigt werdent, als alles Aigens recht ist, und verpinden uns auch darzu, ob wir dez nicht täten, swelchen schaden dez di égenannten Herren nämen, den schulen wir in abtun gar und gäntzlich on allen iren schaden. Wir verjehen auch umb die Vogtai, di wir und unser Vordern darauf gehabt und genomen haben, daz wir des geweiset sein, daz di unser Vordern ze Unrecht darauf gelegt und genommen haben, wan durch Recht dhain Vogtai darauf gehört, diselb Vogtai lazzen wir heut ledichlichen und vreilich ledich, und verzeihen uns der auch ewichlichen, wir und alle unser Nachchomen in allen den Rechten, als dez Chirchensatzes und waz darzu gehört, als oben geschriben stet on alles Gevärde, und on all übel List. Und darüber ze Urchunde geben wir disen prief mit unsern Insigeln ver-

sigelt, der geben ist ze Regenspurch, do man zalt von Christes Gepurt 1330 Jar, an dem Erhtag nach unser Frauen Tag in der Vasten.

Tria Sigilla illaesa adpendent.

Num. DCCCLIX. 1330. 1. Septembris. Ex Originali.

Nicolaus Epus confirmat suo Capitulo jus patronatus et proventus Ecclesiae Grafenkirchen.

Nycolaus dei gra Ecclesie Ratisponen. Epus tenore presentium profitemur, quod cum dilectus confrater noster dnus Chunradus de Swartzenburch nostre Ratisponen. Ecclesie venerabilis decanus jus patronatus Ecclesie Gravenchirchen, quod cum germanis suis Rymbotone et Chunrado Swartzenburgariis per successionem hereditariam ex antiquo sibi communiter pertinebat, accedentibus ad hoc ipsorum Rymbotonis et Chunradi, ac liberorum eorundem beneplacito et consensu in venerabile Capitulum nostrum Ratisponen. irrevocabiliter transtulisset, ut pro transitoriis eterna, pro terrenis celestia lucraretur, cum devota nobis instantia supplicavit, quatinus tam jus patronatus ipsius Ecclesie Gravenchirchen, quam fructus, redditus seu proventus ejusdem per Rectorem absentem inde percipi solitos ex antiquo prescripte nostre Ratispon. Ecclesie, venerabili Capitulo ad usus subscriptos appropriare seu incorporare divine remunerationis intuitu dignaremur, quod primum videlicet inde dentur annis singulis frümessario Ratispon. Ecclesie prenotate pro tempore existenti 4 tt. denar. Rat. ita, quod in quolibet quatuor temporum una libra, sed in festo Pantaleonis una libra, et in tribus anniversariis dilectorum confratrum nostrorum felicis recordationis quondam dnorum Chunradi de Haymberch prepositi, et Heinrici de Eschelbach ac ipsius dni decani 3 tt. denar. Ratispon. per obellarium ipsius temporis fructuum prefate Ecclesie receptorem consueto distributionum tempore inter presentes solummodo dividantur. Nos igitur, qui juxta pastoralis Officii debitum promovere quorumlibet, precipue confratrum nostrorum pia justaque desideria, quantum cum Dei adjutorio possumus, affectamus, prelibati dni Chunradi de Swartzenburch decani precibus rationabilibus favorabiliter inclinati, jus patronatus Ecclesie Gravenchirchen supradicte cum suis fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus ac pertinentiis universis in perpetuum ad prescriptos usus, sicut superius specificatum est, de fratrum nostrorum consilio, beneplacito et consensu oblagio nostri

13 *

venerabilis Capituli sepefati incorporamus, appropriamus, tradimus et donamus testimonio presentium pleno jure, statuentes, ut si quando aliquid obmissum fuerit de premissis, vel aliter, quam ut pretactum est, distributum, eodem anno custos tunc existens totum censum sive omnes ipsius Ecclesie proventus recipiet, et usibus fabrice totaliter applicabit. Adiicimus insuper, quod quandocunque Vicarius sive Rector ipsius Ecclesie censum non solverit in terminis ad hoc deputatis, ipso facto cadat a jure perpetuitatis, quod in ipsa sibi Ecclesia competebat. In premissorum omnium testimonium atque robur presentes conscribi et Sigillorum nostri ac venerab. Capituli nostri predicti appensione mandavimus communiri. Datum in Stauff anno Domini 1330. in die beati Egidii Confessoris.

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. DCCCLX. 1330. 19. Nov. Ex Originali.

Reversales praesentati Parochi in Eugenbach.

Ego Albertus de Eglolfsheim plebanus in Eugenpach publice profiteor per hec scripta, quod Reverendus in Xpo pater et dnus meus dnus Nycolaus Ecclie Ratisponen. ven. Epus michi licentiam abessendi et Eccliam meam Eugenpach, quam ab ipsius gratia recognosco et teneo, locandi sub sensu consueto per biennium ab instanti purificatione beate Virginis continue computandum indulsit sub conditionibus infra scriptis, ut ipsam Eccliam Eugenpach predicto durante biennio non permutem, quodque ante instantem purificationem prescriptam, (nisi captivitas aut infirmitas corporalis, que rationabiliter impedimenta legitima debeant reputari, me teneant seu prepediant,) iter arripiam effectualiter pro habilitatione mea Sedem aplcam accedendi: quod si non fecero, liberum erit ipsi dno meo Epo, de Ecclia mea Eugenpach supradicta jamque jure vacanti, cuicunque voluerit, providere, ad quas quidem conditiones voluntarie me astrinxi et astringo harum testimonio litterarum, quas, proprio pro nunc Sigillo carens, Sigillo judicii ven. Capituli Ratisponen. in premissorum certitudinem petii consignari. Actum Ratispone anno dni 1330. in die beate Elizabeth.

Sigillum des Chorgerichtes adpendet, continens S. Petrum cum clavi et pedo, ac circumscriptionem: † Sigillum. judicii. Ratisponensis. Ecclesie.

Num. DCCCLXI. 1330. Ex Diplomatario.

Epus Nicolaus anno 1330. Ratisbonae celebravit synodum dioecesanam, cujus statuta constant ex XIX titulis, quorum compilatio coalescebat ex concilio viennensi a Cardinale Guidone anno 1267. (apud Dalham p. 106.) celebrato, ex Herbipolensi per Card. Joannem Tusculanum (apud Harzheim III. 726.) habito, ex Concilio Salisburgensi provinciali anno 1274. (ap. Dalham p. 118.) collecto, dein ex antiquioribus Conciliis Ratisbonensibus, sub titulo Synodalium citatis, et ex hoc ipso Concilio, per appellationem Novellarum expresso.

Ad finem Statutorum haec Epi Admonitio ad suum clerum annotatur.

Statuimus, et universis Abbatibus, Abbatissis, Praepositis Ecclesiarum, ac Decanis rurensibus per Ratisponensem Civitatem et Dioecesin constitutis in virtute sanctae obedientiae mandamus, quatenus praedicta statuta transscribi faciant, et Decani praedicti in suis conventibus á fratribus frequenter ea legi faciant, ut nullus de ipsorum ignorantia se excuset, ad quod terminum praefigimus peremptorium Nativitatem Domini proxime adventuram; alioquin negligentes usque ad purgationem negligentiae suae ab ingressu Ecclesiae suspendimus per sententiam in hiis scriptam. Committimus et recommittimus insuper vobis Praelatis, Decanis, Plebanis, et clericis universis specialiter nobis dilectos in Domino fratres ordinis Praedicatorum, Minorum, et Heremitarum sci Augustini, et fratres beatae Mariae de monte Carmeli Civitatis nostrae, et eorundem ordinum sorores sanctae Clarae, sanctae Crucis Civitatis nostrae, et in Pulnhoven ac in Pettendorf nostrae Dyocesis, rogantes ex affectu, ut ipsos fratres ad vos venientes honeste tractare, et pariter cum praedictis Sororibus seu dominabus subjecto vobis studeatis populo commendare; ipsos quoque subditos vestros hortemini et monete, ut pauperibus et languidis hospitalium Civitatis Chamb et Straubingae pia velint eleemosynarum suffragia impertiri. Petimus etiam et rogamus, ut cubicularios seu camerarios nostros Heruuicum de Awe, Volcmarum, Dietlinum, Fridericum, et cursores nostros Hugonem, Panholtzum, Tangriez, et Johannem, ac janitorem nostrum Leupoldum vobis habeatis in solitis liberalitatis vestrae munificiis ob nostri reverentiam recommissos: praeterea procuratores fabricae (Ecclesiae cathedralis) sicut singulariter, sic et generaliter vobis recommittimus diligenter. Universis etiam vobis et singulis sub virtute sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, quatenus diligenti inquisitione habitá detentores et occupatores novalium expressis nominibus ante festum om-

nium Sanctorum proxime in scriptis nobis studeatis finaliter demandare, vel ei, qui pro tempore gesserit vices nostras. Omnes denique, qui vocati ad Synodum non venerunt, vel venientes ab ipsa Synodo defuerunt, pro primo, secundo, tertio peremptorie commonemus, quatenus infra quindenam nostram accedant praesentiam, causam suae absentiae coram nobis legitimam ostensuri; alioquin omnes et singulos tales ab ingressu Ecclesiae suspendimus in hiis scriptis, et tamdiu suspensos manere volumus, quousque et de prima et de altera sua absentia satisfecerint competenter.

Num. DCCCLXII. 1331. 16. Februarii. Ex Originali.

Commissorium papale ad Archiepum Salisburg. circa unionem Parochiae Pondorf cum mensa Episcopali Ratisbon.

Johannes Epus, servus servorum Dei. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Salzeburgen. salutem er aplcam ben. Sedis apostolice circumspecta benignitas devotorum obsequia grata commemoratione considerans, illa irremunerata non transit, sed ad eorum commoda promptioris studio voluntatis accenditur, qui ob devotionem ipsius Dei et Ecclesie hostibus se viriliter opponendo in bonis eorum magna et gravia dispendia patiuntur. Cum itaque, sicut oblata nobis venerabilis fratris nostri Nicolai Epi Ratisponen. Suffraganei tui petitio continebat, ipse ex eo, quod in nostra et Ecclesie Romane firma devotione consistens hostibus et indevotis ipsius adherere noluerit, nec in aliquo obedire, magna et gravia in castris et bonis ejusdem Ecclesie ad mensam suam Eplem spectantibus devastationis et destructionis incurrerit detrimenta, eumque tam pro defensione residuorum castrorum et bonorum dicte Ecclesie tenendo gentes armigeras, quam etiam propter brigam seu discordiam, quam habuit et habet cum universitate hominum Civitatis Ratisponen. molientibus jura ipsius Ecclesie occupare, magna oportuit et oportet subire onera expensarum, ac redditus dicte mense adeo propter dictorum illationem dampnorum diminuti existant, quod expensas hmoi non possit sustinere, nobisque propterea dictus Epus supplicaverit humiliter, ut sibi super hoc de benignitate apostolica providentes parochialem Ecclesiam in Pondorf Ratisponen. dioc. in qua ratione Ratisponen. Ecclesie, sicut asserit, jus obtinet patronatus, cujusque redditus et proventus viginti marcarum argenti secundum taxationem decime valorem annuum non excedunt, dicte mense cum omnibus juribus et

pertinentiis suis in perpetuum auctoritate apostolica unire et connectere dignaremur. Quia igitur de premissis notitiam non habemus, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis fiduciam gerimus in Domino specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus, si est ita, predictam parochialem Ecclesiam cum omnibus juribus et pertinentiis supradictis eidem mense in perpetuum auctoritate apostolica unias et connectas, ita, quod cedente vel decedente Rectore ejusdem Ecclesie, qui nunc est, vel dictá Ecclesiá alio modo vacante, Epus Ratisponen. qui fuerit pro tempore, corporalem possessionem ipsius auctoritate propria per se, seu alium, seu alios possit libere apprehendere et tenere, cujusquam licentià minime requisita, reservatá tamen de ipsius Ecclesie proventibus perpetuo Vicario instituendo in ea congrua portione, ex qua possit commode sustentari, Episcopalia jura solvere, et alia incumbentia onera supportare; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postpositá compescendo, non obstántibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hmoi vel aliis Ecclesiis aut Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte Sedis vel Legatorum ejus litteras impetraverint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel aliás quomodolibet sit processum, quas litteras et processus habitos per eas, si per te hmoi unio fiat, ad dictam parochialem Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Ecclesiarum et Beneficiorum aliorum prejudicium generari, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem Sede sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hmoi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua ac ejus toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; nos insuper, si per te dicta unio fiat, irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Avinion. XIIII. Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno quintodecimo.

Plumbum: Joannes PP. XXII.

Num. DCCCLXIII. 1331. 20. Jul. Ex Originali.

Herwich des Auers Verschreibung über ein tt. R. dl. an seinen Sohn Herwich.

Ich Herweich von Au Richter in der Stat ze Regenspurch vergich an disem brief, daz ich han verchauft meinem liben Sun hrn Herweig von Au Richter in der Vorstat ze Regenspurch und seinen Erben mit meiner liben Sün hrn Herweigs des pfarrers von Solärn und Ulreichs willen und worte 1 tt. R. dl. Geldes, daz gelegen ist ze Prüfening, und uns worden ist von unserm liben Freunt Hrn Ulreich von Au, Techant datz dem Tum ze Regenspurch, dem Got genad, umb 10 tt. R. dl. der er mich mit beraiten pfenning gar und gäntzleich verricht und gewert hat, und schol ich und mein vorgenannt 2 Sün, noch chain unser erben chain recht, und chain Ansprach auf das obengenannt pfunt Geldes nimmer mer gewinnen, noch gehaben. Swer auch disen brief inne hat von meines vorgenannten Suns hrn Herweigs von Au Richters in der Vorstat ze Regenspurch, und seiner Erben wegen, der schol alle di recht haben an dem vorgenannten pfunt Geldes, di si habent. Daz auch in daz also stät und unzerbrochen beleib, darüber ze einem Urchund und ze einer Bestätichait gib ich in disen brief versigelten mit mein selbes Insigel und mit meiner vorgenannten zwaier Sün Insigeln. Daz ist geschehen, do man zalt von Christes gepurt 1331 Jar, an sant Margreten Tag der heiligen Junchfrauen.

Tria Sigilla laesa adpendent.

Num. DCCCLXIV. 1331. 25. Julii. Ex Originali.

Des Wernt von Au Revers über die ihm vom Bischofe Niclas übertragene Burghut und Pfleg zu Teispach.

Dieser Revers kömmt wörtlich überein mit jenem des Grafen Alrams von Hals dd. 1317. 25. Martii, (Vid. supra. Num. DCCXCIX.) nur wird der Punkt wegen Nichtverheuratung eigner Leute mit den bischöflichen weggelassen, und dafür gesetzt,

„ich sol auch dheinen ze Turner, noch ze Wachter, noch ze Torwaertl setzen, dann di dez Gotshaus Aigen sint.„

Der brief ist gegeben ze Stauff, do von Christes gepurt vergangen waren 1331 Jar, an sand Jacobs Tag.

Sigillum Aueri adpendet.

Num. DCCCLXV. 1331. 23. Aug. Ex Originali.

Reversales Alberti Eglofsheimer praesentati ad Parochiam Michelhausen in Austria.

Ego Albertus Eglolfsheimer, olim decanus veteris Capelle Ratispone profiteor publice per presentes, quod post presentationem factam de me per Reverendum patrem et dnum meum dnum Nycolaum Ratisponen. Epum ad Eccliam parochialem in Michelhausen Patav. dioc. eidem dno meo promisi fide data et promitto per presentes, quod si in eadem Ecclesia facere non potero residentiam personalem, ipsam non locabo ex quacunque causa alicui persone ecclce vel seculari, nisi ad terminum duntaxat unius anni, nec ipsam permutabo sine expresso consensu supradicti dni mei Ratisponen. Epi et ipsius licentia speciali; quod si contra id vel aliquod eorum quidquam attemptavero, ex tunc ipso facto sine aliqua nova sententia privatus sum prescripta Ecclesia in Michelhausen, contradictione qualibet non obstante. In cujus rei testimonium presentem sibi trado litteram Sigilli mei munimine roboratam. Datum in Stauff anno dni 1331. in Vigilia Bartholomei.

Sigillum Alberti de Eglolfsheim cum B. M. V. et Scutulo nativo adpendet.

Num. DCCCLXVI. 1331. 7. Sept. Ex Originali.

Reversales Hermanni Canonici veteris Capellae praesentati ad Parochiam in Brixenthal Dioecesis Chiemensis.

Ego Magister Hermannus Canonicus veteris Capelle Ratispone confiteor publice per presentes, quod Reverendo in Xpo patri et dno meo dno Nycolao Epo Ratisponensi promisi juramento interposito et promitto per presentes, quod in Ecclesia mea in Valle Brixinensi Chyemen. dioc. cujus presentatio eidem dno meo Ratisponen. Epo pertinere dinoscitur, residebo in antea in propria persona, nec absens ero ex quacunque causa, si etiam hoc Ordinarius loci concedere voluerit, nisi petitá prius et obtenta licentiá dni mei Ratisponen. Epi memorati; nec etiam eandem Ecclesiam sine ipsius expresso consensu et licentia permutabo. Quod si contra premissá vel aliquod premissorum per me quidquam adtemptatum fuerit seu presumptum, ex tunc ipso facto sine aliqua nova sententia Excommunicationis sententia sum ligatus, quam sententiam Excommunicationis idem dnus meus ex nunc prout ex tunc in me sententialiter

protulit et in scriptis. In cujus rei testimonium presentem sibi tradidi litteram Sigilli mei munimine roboratam. Datum et actum in Stauff anno Dni 1331. in Vigilia nativitatis beate Virginis gloriose.

Sigillum Canonici adpendet.

Num. DCCCLXVII. 1331. 13. Nov. Ex Originali.

Ducis Ottonis Confoederatio cum Epo Nicolao.

Wir Ott von Gotes genaden, Pfallenzgraf ze Rein und Herzog in Bairn verjehen offenlich an dem brief, daz wir nach unsers Rats Rat und Willen durch Fürderung und Redtung unsers Landes mit dem Ersamen hrn, hrn Nycla Pischof ze Regenspurch gäntzlich bericht und veraint sein also, daz wir im gelobt und gesworen haben wider alle die, die im Schaden tun wolden oder täten an Recht, ze helfen mit unsern Vesten und Leuten und mit aller unser Macht getreulichen und fleissiglichen in dem Land ze Baiern, und nicht ausser Landes. Wir sollen auch mit denselben, die den Pischof angreiffent oder beschedent, Frid oder Sün nicht machen, noch haben on sein Wort oder Wizzen, und diese Pünde sollen stet bleiben und getreulich behalten werden von heunt untz auf den Weihnachttag, der nu schirst chumt und von dann über 5. ganzer Jar. Und darüber ze Urchund geben wir im diesen brief versigelten mit unserm Insigel, der ist gegeben ze München, do von Christes Gepurt vergangen waren 1331 Jar, an St. Bricciitag.

Sigillum Ducis adpendet.

Num. DCCCLXVIII. 1331. 19. Dec. Ex Originali.

Commissorium Archiepi Salisburg. ad duos abbates S. Emmerami et in Walderbach, nec non Canonicum Rihgerum de Aheim circa unionem Parochiae Pondorf, cum horum responsione ac ipso unionis actu.

Nos Fridericus dei gratia sancte Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Apostolice Sedis Legatus notum facimus presentium inspectoribus universis, quod litteras sanctissimi in Christo Patris et domini nostri, domini Johannis Pape XXII. ejus vera bulla plumbea et filo canapis bullatas, salvas et integras per omnia recepimus in hec verba:

Vid. tenor supra sub Num. DCCCLXII.

Nos igitur de premissis notitiam non habentes, dilectis nobis in Christo . . sancti Emmerami Ratisponen. ordinis sancti Benedicti, et . . in Walderbach ordinis Cisterciens. Monasteriorum Abbatibus Ratisponen. dioc. nec non Rihgero de Aheim Canonico Ecclie Ratispon. commisimus, ut de contentis in litteris apostolicis nobis missis plenam inquirerent veritatem, ipsius autem Commissionis nostre tenor talis est: Fridericus dei gratia sancte Salzburgensis Ecclesie Archiepus, apostolice Sedis Legatus dilectis in Christo Alberto sancti Emmerami Ratispone ordinis sancti Benedicti, et . . in Walderbach ordinis Cistercien. Monasteriorum Abbatibus Ratisponen. Dioc. necnon Rihgero de Aheim Canonico Ecclesie Ratisponen. salutem in Domino . Venientes ad nostram presentiam ex parte venerabilis fratris domini Nicolai Epi Ratisponen. honorabilis vir Magister Heinricus Notarius predicti Epi, plebanus in Eygenbach, necnon Chunradus ejusdem Epi capellanus Canonicus veteris Capelle Ratispone, sanctissimi Domini nostri Johannis Pape XXII. nobis litteras presentarunt non abolitas, non cancellatas, sed sine reprehensione stili, fili, bulle in omni sua parte integras atque salvas, continentes causá submissá, quod unire deberemus atque connectere parochialem Ecclesiam in Pondorf ad jus patronatus memorati Epi Ratisponen. pertinentem mense Epli ipsius cum clausula, si est ita, ut ex earum tenore, quarum copia vobis cum presentibus fieri volumus, clarius poteritis informari, Nos de predictis plenam* notitiam non habentes discretioni vestre auctoritate nobis commissa per hec scripta precipimus et mandamus, quatinus diligenti sollicitudine sollicitaque diligentia investigare et indagare velitis seriatim, et seriem premissorum nobis vestris litteris curetis intimare, quid feceritis in premissis, ut secundum vestri aut majoris partis vestrúm informationem de unione predicta facienda id agere valeamus, quod de jure fuerit faciendum. Datum in Leybentz VI. Kalend. Octobris, anno Domini 1331.

Qui receptá commissione hmoi et investigatis causis unionis diligenter nos informaverunt, ejusdem unionis rationabilem causam esse, informatio vero eorundem talis est: Reverendo in Christo Patri et Domino, Domino Friderico sancte Salzburgen. Ecclesie Archiepo, apostolice Sedis Legato, Albertus sancti Emmerami Ratispone ordinis sancti Benedicti, et Henricus in Walderbach ordinis Cistercien. Monasteriorum Abbates Ratisponen. dioc. necnon Rihgerus de Aheim Canonicus Ecclesie Ratisponen. cum omni reverentia orationes in Domino Ihu Xpo. Receptis reverenter vestre Paternitatis litteris, quibus nobis mandare curastis, quatenus inspectis litteris sanctissimi

Patris et Domini, Domini Johannis Pape XXII. et causis seu motivis ibidem contentis super gratia facta Reverendo Patri et Domino, Domino Epo Ratisponen. de parochiali Ecclesia in Pondorf mense Epli unienda, de jam dictis nos vellemus informare ac eadem vestre benignitati nostris litteris intimare. Convenientes igitur in unum predictas litteras apostolicas et causas ibidem expressas diligenter inspeximus, et sollicita investigatione ac inquisitione inter nos habitis de eisdem invenimus, causas ipsas omnes et singulas continere per omnia veritatem, que vestre Reverentie sub Sigillis nostris presentibus significamus, prout vestrarum mandavit Series litterarum. Datum Ratispone apud sanctum Emmeramum anno Domini 1331. in die beate Lucie Virginis. (i. e. 13. Dec.)

Facta igitur nobis eorundem fide super inquirenda veritate et causis expressis in litteris apostolicis nobis missis, super unione supradicte Ecclesie Pondorf facienda mense Episcopali venerabilis fratris Domini Nicolai Epi Ratisponensis, ac suorum Successorum nos auctoritate apostolicá in hac parte nobis commissá eandem Ecclesiam mense Epli Ratisponensi unimus perpetuo possidendam cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et unitam pronunciamus et decernimus in hiis scriptis, suumque procuratorem, suo ac Successorum suorum nomine de eadem per birretum investivimus, ut est moris. In cujus rei testimonium presentes mandavimus fieri litteras Sigilli nostri appensione munitas. Datum Salzburge XIIII. Kalend. Januarii, anno Domini 1331.

Sigillum Archiepi adpendet.

Num. DCCCLXIX. 1331. Ex Originali.

Statutum Capituli super defensione Canonicorum, qui susceptioni festivae Imp. Ludovici anno 1331 Ratisbonam intrantis praesentes fuerunt.

Nos Chunradus de Swarzenburch decanus, totumque Capitulum Ecclesie Ratispon. habentes pre oculis, quod status Cleri generalis per Alemaniam positus est in persecutione laycorum, et quod hactenus donatum est Ecclesiis et piis locis ob devotionem, nunc facili occasione et quam plurimum voluntate sumpta pro ratione usurpatur et inproba a laycis usurpatur, cujus fomentum et incentivum maxime hiis sunt temporibus ex sce matris Ecclesie dissonantia cum dno Imperatore, et quia Civitas Ratisponensis, que imperialis ab Impera-

toribus fundata et dotata existit, dominum Ludowicum in suo jocundo et primario adventu de Italia honorifice et solempniter suscepit ad suam Civitatem, ei ut Imperatori exhibendo reverentiam ac subjectionem, Clero Ratisponensi eidem susceptioni ab initio se opponente firmiter et constanter. Tandem coacti sunt et compulsi tam seculares, quam religiosi, interesse dicte susceptioni sub perditione omnium rerum, mobilium et immobilium, et sub periculo status personarum. Que susceptio si fuerit contra Ecclesiam Romanam, cujus tamen precepta nondum nobis sunt publicata, ideo ipsius observatio, prout creditur, nos non astringit, et dato quod astringeret, ejus tamen observatio irrecuperabilis fuisset destructio Ecclesie Ratisponensi, prout Archiepatus, Epatus majores et potentiores nobis, et quorum respectu nichil sumus, formidantes dominium et potentiam ipsius, sibi adherent ut Imperatori. Ne tamen nobis in posterum oriatur materia litium, quod ob tuitionem personarum et rerum in hoc gessimus, cum cordis tamen dolore et mentis anxietate, prout noscit, cui omnia patent, quantum est possibile occurrere cupientes, unanimi consensu et voluntate omnium presencium decrevimus, et singulariter singuli firmamus juramentis, quod deinceps Canonicos et Confratres nostros quoscunque, qui huic ordinacioni nostre non interfuerint, aut qui post eam in Confratres nostros fuerint recepti, ad fructum prebendarum suarum et vocem Capituli nequaquam admittantur, et si qui admissi fuerint vel admittentur per incuriam vel oblivionem, suspendantur a premissis, donec juramentis et Sigillis suis propriis firment, que sequuntur et que pro bono pacis, et tranquillo statu nostre Ecclesie sunt ordinata. Est autem nostra Ordinatio talis, quod sub prestitis juramentis promittimus, ne quis nostrum alteri vel aliis obiiciat vel ad excipiendum provocet seu opponat in genere vel in specie, in judicio aut extra, per viam accusationis, denuntiationis, inquisitionis, aut alia quacunque via, ad quod competere posset ex dicta susceptione Imperatoris vel ejus occasione, siquis nostrum ex ea subiret impugnationem vel oppositionem, totum Capitulum et singulariter singuli confratres pro defensione ipsius communibus rebus Capituli se promptos exponant jure et facto resistendo et eum defendendo. Si autem aliquis vel aliqui nostrum contra dicta juramenta se nobis opponerent, quod absit, vel in casu defensionis negaverint prestare auxilium et consilium suum, vel aliàs subtraxerint se realiter vel aliquo colore quesito, talis ut periurus et inpugnator nostrorum statutorum stipendio sue prebende ipso facto careat per continuum triennium, fructus

ipsius prebende per dictum tempus convertendos pro defensione presentis ordinationis, et nichilominus suspensus sit a voce Capituli per tempus predictum, et per duos annos proxime subsequentes. Ut autem premissa firmiter observentur, et eorum memoria omnibus innotescat, placuit omnium sigillis, qui tunc presentes fuerunt, roborari. Acta sunt hec anno domini 1331.

Adpendent 28. Sigilla, duobus, scilicet Canonicorum Friderici Burggrafii Norimberg. postea Epi Ratisbon. et Hohenvelsarii avulsis.

Num. DCCCLXX. 1332. 25. Jan. Ex Originali.

Dienstverschreibung Hilpolts von Stein des Jüngern an Bischof Nyclas.

Ich Hylpolt von dem Steyn der Iung vergich offenlichen an disem brief, daz ich meinem genädigen Herrn Pischof Nycla von Regenspurch gelobt han pei meinen Treuen an aines Aides stat, getreuleichen und fleizzichleichen ze dienen wider allermännchleich, on wider meinen Herrn den Chayser, swo er mein bedarf, selbander mit Helmen und mit einem Schützen wol fertigen von Lichtmess, di schirst chumt, über ein ganzes Iar, und darumb sol mir mein vorgenannter Herr geben 100 tt. Haller auf sand Michelstag, der schirst chumt. Geschäch auch, daz ich den vorgenanntrn Dienst selber nicht getun möcht on Gevärd, so sol mein Vater Hylpolt von dem Steyn denselben dienst vollenden an meiner stat, als vorgeschriben ist, sam ich selben. Und darüber ze einem Urchund geb ich meinem vorgenannten herren dem Bischof disen brief versigelt mit meinem und mit meines obgenannten Vaters hrn Hylpolt des alten von dem Steyn Insigeln. Daz ist geschehen, da von Christes Gepurt vergangen waren 1332 Iar, an sand Paulstag, alz er bechert ward.

Duo Sigilla cum aquila aut alia volucre adpendent.

Num. DCCCLXXI. 1333. 26. Jan. Ex Originali.

Investitura Geroldi Uttenkofer ad parochialem Eccliam in Otzing.

Nycolaus dei gra Ecclesie Ratisponen. Epus, discreto Viro Geroldo dicto Uttenchofer salutem in domino. Inter alias sollicitu-

dines, que nostris incumbunt humeris, dispositio parochialium Ecclesiarum et ordinatio salubris status earum tanto fortius insidet cordi nro, quando circa conditionem ipsarum majus vertitur periculum animarum. Detestandam igitur consuetudinem, que per intercessionem pacti nefandi circa mutationem Sacerdotum in nonnullis parochialibus Ecclesiis dampnum inevitabile producit, et scandalum generat plurimorum, salubri Vicariorum perpetuationis remedio duximus amputandam, ut per residentiam continuam pastorum aut Vicariorum hospitalitas crescat, et servetur honestas, Eccliarum status proficiat, et animarum saluti salubrius consulatur. Ad vestram igitur personam, que multa probitate et discretione commendatur, nre considerationis oculos convertentes regimen animarum, et curam temporalium Ecclie in Otzing ad presentationem dilecti Confratris nri Eberhardi de Capella veri pastoris ibidem committimus et in eadem vos perpetuum Vicarium constituimus auctoritate presentium litterarum ita, quod eidem Ecclie consuetum et debitum Censum, videlicet 18 tt. denar. Ratispon. statutis et hactenus observatis terminis, videlicet in quibuslibet quatuor temporibus anni 4 libras cum dimidia sine negligentia persolvatis. Quod si in aliquo predictorum terminorum in solutione pensionis prefate negligens aut remissus fueris contra beneplacitum et expressam Voluntatem memorati pastoris, ex tunc et suspensum ab ingressu Ecclie, ac privatum omni jure, quod vobis in dicta competebat Ecclia, vos noveritis ipso facto, quas suspensionis et privationis Sententias in vos ex nunc, prout ex tunc sententialiter proferimus in hiis scriptis. Iura vero papalia et Eplia, necnon advocaticum solvetis, secundum quod inter vos et sepedictum pastorem conventum et firmatum esse dicitur, nostro tamen et cujuslibet alterius salvo jure. Per hoc etiam pastor ipsius Ecclie super omni absentia secum non intelligat dispensatum, quando ad monitionem Ordinarii residentiam in ea faciat personalem, personam nichilominus vestram mutandi seu removendi de loco predicto nobis et Successoribus nris duntaxat plena reservatur auctoritas Commissione prehabita non obstante. In cujus rei testimonium Sigillum nrum presentibus est appensum. Datum in Werd anno domini 1333. in crastino Conversionis beati Pauli apli.

Sigillum Epi adpendet.

Num. DCCCLXXII. 1333. 22. Julii. Ex Originali.

Verzichtsbrief Seifrieds von Fraunberg über alle Ansprüche an Bischof Niklas.

Wir Zachreis von Hohenrain, mein Hausfrau und all unser erben verjehen offenlich an dem brief, daz wir uns treuleich und friuntleich mit unserm lieben genädigen Herrn, hrn Chunrat, Erwirdigen Bischof ze Regenspurch auf ein gantzes end von der Pfleg wegen ze Utter, ze Altenpäurn, und ze Neuenpäuern, di wir von seines Gotshaus wegen ze Regenspurch inne haben gehabt, und darzu umb all ander handlung, di wir mit unserm vorigen Herren von Regenspurch und mit seinem Gotshaus von Geltes wegen oder sust ze schaffen haben gehabt, wi sich daz vergangen hat untz auf den heutigen Tag, also, daz ich, mein hauzfrau, noch unser erben und nachchomen, noch anders jemant von unsern wegen hintz unserm vorgenannten herrn, noch hintz seinem Gotshaus ze Regenspurch von der obgenannten pfleg wegen, noch von aller vergangen sach wegen fürbaz ewichleich dheinerlei Ansprach, noch Vodrung nimmermer haben, noch gewinnen sulln von dheinerlei sach wegen, weder mit recht noch on recht. Ez ist auch ze merken, ob wir noch icht brief in unser gewalt hieten von unserm vorgenannten herren, oder von seinen Vorvodern Bischöfen, und von dem Capitel ze Regenspurch von der obgenannten pfleg wegen oder sust, umb waz daz wär von verganger sach wegen, diselbn brief suln all ab und tod sein, und suln auch fürbaz dhain chraft gein in nicht haben in dheinerlei Weiz, auzgenommen den brief, den wir von unserm obgenannten Herren von Regenspurch noch inne haben, und der uns sagt 55 tt. R. dl. Dez ze Urchunt gib ich vorgenannter Zachreis von Hohenrain im den brief versigelten mit meinem anhangenden Insigel für mich, für mein Hausfraun und all unser erben und Nachchumen, der geben ist nach Christi Gepurt im 1372 Jar, dez nähsten Montags vor dem heiligen Pfingstag.

Sigillum appendet.

Num. DCCCCLXII. 1372. 21. Octobris.

Conradus Epus Ratisponensis incorporat Monasterio sancti Viti apud novum forum cis Rotam Parochiam Vilsbiburg, cujus jus Patronatus Fridericus Comes Palatinus Reni ac Bavariae Dux dicto Monasterio donaverat, ita tamen, quod Rectori seu perpetuo Vicario competens et honesta provisio de fructibus et proventibus ipsius Ecclesiae deputetur, qua honeste vivere, hospitalitatem tenere, jura Papalia, Episcopalia, Legatorum Sedis Apostolicae et Archidiaconorum persolvere, ac caetera onera Ecclesiae commode valeat supportare. Datum Ratisponae anno Domini 1372. in die undecim millium Virginum.

Mon. Boic. V. 263.

Num. DCCCCLXIII. 1374. 28. Augusti.

Conradus Epus Ratisponensis ad preces abbatis et Conventus Coenobii Schirensis concedit et statuit, ut perpetuus Vicarius Parochiae Vohburg, qui pro tempore fuerit, praedicto Monasterio pensionem 16 tt. denar. Ratispon. porrigat annuatim, ut sic penuriae et inopiae Conventus succuratur. Insuper statuitur et ordinatur, quod Vicarius Ecclesiae in Vohburg omnia jura et onera Papalia et Episcopalia, collectas et procurationes Epo et Legatis seu Nuntiis Sedis Apostolicae solvendas expedire et solvere teneatur, provisurus cum omni diligentia, quod Ecclesia praedicta divinis et debitis obsequiis non fraudetur. Datum Ratisponae anno Domini 1374. in die sancti Augustini Epi et Confessoris.

Mon. Boic. X. 512.

Num. DCCCCLXIV. 1374. Ex Originali.

Locatio vitalitia domus Ratisbonae sitae erga annuum trium librarum denar. Ratisbon. censum.

Wir Chunrad von Gotez genaden Bischof ze Regenspurg bekennen offenlich mit dem Brief allen den, di in ansehent oder hörent lesen, daz wir unser Haus, gelegen hie ze Regenspurg, genannt dez Ernvelser Haus, daz uns jtzu ledig worden ist von Maister Chunrad von Megenberg seligem, mit sampt der Kapelln darinne, und mit allen den eren, rechten und nutzen recht und redleich verchauft haben dem vesten Ritter unserm liben Getreuen Görgen dem Auer,

und Anne seiner Hausfraun, gesezzen ze Luppurch zu ir zwain Leiben, diweil si lebend, und ein Monet nach ir peder Tod, fridleich und freileich ze besitzen und ze nützen, als ander ir Gut, nach Leibgedingz-Recht, umb ein sogetan Gelt, dez si uns verricht und gewert haben on allen unsern schaden, also mit der bescheiden, daz si alle Jar järleich unserm Capitel ze Regenspurg davon raichen und geben sullen iren gewönleichen Zins 3 tt. R. dl. ze den gewönleichen Zeiten, alz ez von alter herkommen ist; und si suln auch dasselb Haus in peder lebtag befriden und besorgen mit pau und mit pesserung nach iren Treuen und beschaiden on allen unsern und unsers Capitels schaden. Auch ist ze merkhen, ob der Kapplan, der jtzu di vorgenannte Kapelln hat, abging, so haben wir uns, oder wem wir unsre recht auf dem vorgenannten haus schafen, di Lehenschaft behalten und auzgenommen, daz wir diselb Kapelln leihen sullen und mügen, wem wir wellen on all irrung und hindernüsse. Wir sullen und wellen auch in daz vorgenannte haus mit aller zugehörung versten und versprechen mit den Rechten, alz unser Chorhäuser, Leibgedings und der Stat recht ist ze Regenspurg; Teten wir dez nicht, ob si dez schaden nämen mit den Rechten, als vor verschriben ist, denselben schaden sulln si haben auf unsern gnaden und auf aller der hab, di wir haben oder lassen, ausgenommen und unenkolten unsers Gotzhaus und Capitels hab und gut. Wan auch di vorgenannten zwen Leib von Todez wegen abgend und nymer sind, da Got noch lang vorsei, so ist unz daz vorgenannt Haus, oder wem wir unsre Recht darauf schaffen, gar und gentzleich ledig und loz worden mit allen seinen Zugehörn also, daz fürbaz von iren wegen Niemand weder mit Worten, noch mit Werchen, weder mit geistleichen, noch werltleichen Rechten, noch on Recht darauf, noch darnach zesprechen haben, noch gewinnen sol, noch enmag, in dheiner Weiz. Darüber ze Urkund geben wir in den brief mit unserm und unsers Capitels anhangenden Insigeln, unserm Capitel unenkolten und on allen schaden. Daz ist geschehen nach Christi Gepurt in dem 1374. Jar.

Duo Sigilla nonnihil laesa adpendent.

Num. DCCCCLXV. 1375. 29. Junii. Ex Diplomatario.

Reversalen des Frauenklosters Pettendorf, den Jahrtag Heinrichs des Wilbrant Commenthurs im deutschen Hause zu begehen.

Wir Agnes Priorin dez Gotzhaus ze Pettendorf und gemainclich der Convent daselbst verjehen und bekhennen offenlich mit

dem brief allen den, die in ansehen oder hören lesen, daz wir mit wolbedachten Mut und mit gutem Willen dem erbern weisen hrn hrn Hainrichen dem Wilbrant von Parkstain, Commenthur dez teutschen Hauſs zu St. Gilgen ze Regenspurch durch Got und durch der Treue willen, di er uns und unserm Gotzhaus getan hat, seinen Jartag begeen wöllen bei seinem lebentigen Leib, und auch nach seinem Tod ewichlichen mit Meſs und mit Vigil, alle Jar järlichen, als sittlich und gewönlich ist in unserm Gotzhaus, und sollen daz järlichen tun auf sant Gregorien Tag in der Vasten, dez nähsten Tags vor oder hinnach on allen Abgang und on alles Gever, alz wir im oder wer den brief von seinen wegen inn hat oder ſürbringt, daz allez gehaizzen und gelobt haben mit unsern Treuen und mit unserm Gehorsam. Und ob wir im den Jartag järlichen nicht begiengen, und welches Jars wir daran säumig wären, so sein wir vervallen, 1/2 tt. R. dl. zu geben hintz dem teutschen Haus zu sand Gilgen ze Regenspurch on allen Chrieg und Widerred. Und darüber ze ainem Urchunt und ze ainer Bestätichait geben wir im den brief versigelt mit unserm Insigel, und mit unsers Convents gemainem Insigel. Daz ist geschehen nach Christi Gepurt im 1375. Jar an sant Peter und sant Paulstag, der heiligen Zwölfpoten.

Num. DCCCCLXVI. 1375. 24. Oct. Ex Originali.

Urtheilsbrief des Landgerichts der Grafschaft Hirschberg, ertheilt dem Domkapitel zu Regensburg gegen die Foderungen des Konrad Pilsachers.

Ich Chunrat Pechtaller Lantrichter in der Grafschaft ze Hirsperch vergich mit dem Prief, daz für mich cham in Gericht mit Vorsprechen Chunrat Pilsacher der alt, gesezzen zu der Freinstat, und chlagt hintz dez Gotzhaus Guten und dez Capitels der Tumherren auf dem Tum ze Regenspurgch ze Perchzhausen und wo di in der Grafschaft gelegen sind umb 15 tt. R. dl. di si im schuldigch wären umb sein dienst, di er Pischof Hainrichen von Stain und dem Capitel getun het, und meldet darum seinen schaden. Daz verantwurt der erberg hr hr Karl von Lehenrod Korherr auf dem Tum ze Regenspurgch mit Vorsprechen und mit vollem Gewalt dez Capitels und sprach: Als si Chunrat der Pilsacher anspräch umb schuld und von Geltz wegen, darumb wären si im nichtz schuldigch, daz si im gelten oder widergeben scholten, daz wolten si weisen, als recht wär. Daz Volg, Vrag und daz Recht sagt, es möchte der egenannte

Herr von Lehenrod weisen mit seinem Eyd für sich und für seine Herren dez égenannten Capitels vor seinem Obern. Darnach wart der égenannte Herr von Lehenrod petagt auf Recht für sein Obern in sein Kapitel, zu dem Rechten ward im geben zu seinem Verhörer Dietrich Hilprant von rechtz wegen, der sagt, als recht waz, daz er wol verhört het, daz der égenannte Herr von Lehenrod mit seinem Rechten wol volvaren wär, alz im mit Gerichtzpriefen verkündet waz. Darnach sagt aber Volg, Vrag und ist mit dem Rechten ertailt, daz di ègenannten Herren vom Capitel und daz Gotzhaus auf dem Tum ze Regenspurgch und alle ir Gut und ir Hab, di in dem Lantgericht der Grafschaft ze Hirsperch gelegen ist, umb den Zuspruch und di Anchlag, di der Pilsacher tun hat, alz vorgeschriben stet, fürbaz ledgch und loz sint gar und gäntzleichen alz verr, daz Chunrat Pilsacher oder Niemant von seinet wegen darumb chain recht, noch chain Anvoderung mit recht oder on recht nicht mer haben schullen, noch enmügen, vil oder wengch. Dez begert' der ègenannt Herr von Leonrod Korherr auf dem Tum ze Regenspurgch von dez Gotzhaus wegen und der Herren von dem Kapitel prief, der in geben und ertailt ist mit dem Rechten und von Gerichtz wegen under dez Lantgerichtz Insigel der Grafschaft ze Hirspergch. Datum in Tollingen feria quarta ante Simonis et Jude anno Domini 1375.

Sigillum cum cervo adpendet.

Num. DCCCCLXVII. 1376. 14. Maii. Ex Originali.

Reversales Monasterii S. Viti super Incorporatione Parochiae Vilsbiburg exhibitae.

Nos frater Conradus Abbas, Nycolaus Prior, totusque Conventus Monasterii sancti Viti citra ripam dictam Rot prope oppidum dictum novum forum ordinis sancti Benedicti Saltzburg. Dioc. constare volumus presentium inspectoribus universis et singulis, quorum interest vel interesse poterit, perpetuo in futurum, quod a Reverendo in Xpo patre et dno, dno Conrado Epo, totoque Caplo Ecclie Ratispon. super incorporatione et unione Ecclie parochialis in Vilspiburg dioc. Ratispon. cujus jus patronatus ex libera donatione illustrium principum dnorum Stephani, Friderici et Johannis fratrum, Comitum palat. Reni et Ducum Bawarie nobis pertinet, nobis et Monasterio nro facta, litteras Sigillis ipsorum sigillatas recepimus per omnia hujus tenoris: Conradus dei et aplce Sedis gra Epus Ratisponen. ad per-

petuam rei memoriam. Decens et debitum arbitramur, ut personis deo dicatis, et maxime divinis obsequiis voto regularis professionis astrictis, ac operibus hospitalitatis et caritatis deditis, si per malitiam temporum et gwerarum ingruentium tempestates in suis bonis et juribus pregraventur, subveniamus opere et subsidiis oportunis. Igitur cum jam dudum magnifici et illustres principes dni Stephanus, Fridericus et Johannes germani, comites palat. Reni et duces Bavarie ad incrementum divini Cultus et in remedium animarum progenitorum suorum et suarum jus patronatus paroch. Ecclie in Vilspiburg nre dioc. quod ipsis pertinebat, honorabilibus et religiosis viris dnis.... Abbati et Conventui Monasterii sci Viti citra ripam dictam Rot prope novum forum ordinis sci Benedicti Saltzburgen. dioc. pie donassent, et in jus et proprietatem ipsorum favorabiliter transtulissent, Nos eorum votivis precibus inclinati, ipsorumque necessitatibus ac tenuitati reddituum et proventuum prebendarum suarum gratiosius occurrere cupientes, prehabita deliberatione diligenti, requisito super hiis et obtento totius nri Capituli Ratispon. consensu, consilio, beneplacito pariter et assensu, de omnipotentis dei misericordia et nra auctoritate ordinaria prefatam Eccliam par. in Vilspiburg, cujus jus patronatus ipsis et eorum Monasterio ex nunc pertinet ex libera donatione dnorum principum predictorum, ipsis et eorum Monasterio concedimus, donamus, tradimus, unimus, annectimus et incorporamus, cum suis juribus, obventionibus et pertinentiis universis, per eos et eorum Monasterium quibuslibet perpetuis et futuris temporibus justo et pleno proprietatis tytulo possidendam pacifice et tenendam, ita videlicet, quod fructus et proventus ejusdem Ecclie, quando primum vacaverit aut vacare ceperit per obitum rectoris ejusdem, pro subsidio et melioratione victus et vestitus, suique stipendii prebendalis augmento in usus proprios convertere et deducere valeant sive possint, prout suarum prebendarum extensioni et utilitati crediderint expedire, et quod per ipsos provideatur et omnimode caveatur, ut regimen et Cura animarum ejusdem Ecclie in divinis officiis peragendis, aliisque Sacramentis Ecclesiis minime negligatur, sed canonice et rite per singula dirigatur, quodque in illa per ipsos nobis et Successoribus nris quibuslibet futuris temporibus perpetuus Vicarius, videlicet unus monachus, pbr idoneus et discretus de Conventu dicti Monasterii, aut unus circumspectus pbr secularis legitime presentetur, cui de proventibus et redditibus prefate Ecclie in Vilspiburg nra nrorumque Successorum taxatione et estimatione prehabita et premissa tam pinguis et lauta deputetur Vicarie prebenda, quod apice Sedi,

ejusque Legatis et nuntiis ac nobis et Successoribus nris de quibuslibet procurationibus, collectis, steuris seu quibuslibet aliis exactionibus occurrentibus ordinariis vel extraordinariis, jure vel consuetudine debite persolvendis, ac aliis quibuslibet juribus Epalibus possit et valeat plenarie respondere, et omnia quevis alia incumbentia onera una cum debita et consueta hospitalitate tenere, sustinere ac commode supportare, necnon si per dictos abbatem et Conventum, vel ejus Successores quolibet temporis progressu secus vel in contrarium super aliquo premissorum factum fuerit, vel aliter minus debite attemptatum, nobis et Successoribus nris in premissis et quolibet premissorum nra auctoritas Ordinaria per omnia debet salva et illesa manere, quam etiam nobis et Successoribus nris quoad partes predictas omnimode salvam et integram reservamus, non obstantibus superius reservatis. Et ut hec unio, donatio seu incorporatio de nri Capli consensu facta robur obtineat firmitatis, nec ulla super eis dubietatis questio valeat suboriri, presentes litteras nri ac Capituli nri Sigillorum appensione tradidimus communitas: nosque Ulricus Straubingaer senior, totumque Caplum Ecclie Ratispon. predicte concessioni, donationi, unioni et incorporationi predictis expresse et ex certa nra scientia consensimus et duximus consentire, Sigillum nrum in ejusdem consensus adhibiti testimonium presentibus appendentes. Datum et actum Ratispone anno dni 1376. in die sci Godehardi Epi et Confessoris. In quorum omnium premissorum testimonium atque robur, et omnimodam atque debitam litterarum dictarum observationem per nos Conradum abbatem, Nycolaum Priorem, totumque Conventum Monasterii supradicti, ac Successores nros in antea quibuslibet futuris temporibus integraliter faciendam ac etiam adimplendam, prefatis dno Epo et Caplo presentes damus litteras in modum recognitionis et reverse, nri ac dicti nri Conventus Sigillorum appensione communitas. Datum in Monasterio nro supradicto anno dni 1376. die 14. mensis Maii.

Duo Sigilla abbatis, suique Conventus illaesa appendent.

Num. DCCCCLXVIII. 1377. 6. Nov.

Anno et die praenotatis celebrata fuit Synodus dioecesana, cujus Statuta impressa sunt Straubingae 1785. et postea 1787. inserta Mon. boic. Volumini XV. p. 569 seqq. et constant XXXIX. Titulis. Praefixa est haec Epi Conradi Admonitio:

Conradus Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ecclesie Ratisponensis venerabilibus in Christo patribus Abbatibus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, Rectoribus, Vicariis, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Altaristis, necnon eorum loca tenentibus, ac universis et singulis Clericis tam religiosis, quam secularibus nostre Diocesis, cujuscunque nominis, ordinis et conditionis existant, salutem in Domino, et mandatum nostris ac constitutionibus synodalibus firmiter obedire. Cum expediat, ut animarum medici, qui vasa dominica frequenter contingunt et sanctissimum Dni nostri Jesu Christi Sacramentum proprio ore conficiunt, per quod nos Christiani sumus, qui claves regni celorum retinent et subditos ante diem finalis judicii judicabunt, noticiam habeant liberam et experienciam causarum, ne si cecus ceco ducatum prebeat, ambo in foveam dilabantur, et indecorum sit, ut ad aliorum regimen ponantur, qui se ipsos non norunt gubernare, cum in se ipsis deberent ostendere, quomodo subditi in domo Domini deberent conversari. Verum cum nonnulli clericorum propter paupertatem, alii propter ignoranciam, quidam propter carenciam librorum Sacerdotibus ad sciendum necessaria investigare non poterunt, ad honorem igitur sancte et individue Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et venerabilis Ecclesie Ratisponensis Sponse nostre de maturo consilio, beneplacito et consensu venerabilium fratrum Prepositi, Decani, totiusque Capituli Ecclesie nostre Ratispon. aliquas breves Constituciones sub certis Titulis vobis presencialiter tradimus et assignamus, publicantes easdem vobis, volentes et in virtute sancte obediencie firmiter precipientes, ut ab omnibus vobis inviolabiliter observentur, et quedam populis necessaria vestris in Ecclesiis denuncietis . . . Datum et actum Ratispone anno Domini 1377. in die sancti Leonardi Confessoris, que fuit sexta dies mensis Novembris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Dni Dni Gregorii divina providentia Pape undecimi anno septimo.

Num. DCCCCLXIX. 1378. 3. Junii. Ex Originali.

Der Mendorffer Vermächtniss einer Mühle zu Lengfeld zur Pfarrkirche Allersburg für das ewige Licht daselbst und einen Jahrtag.

Ich Chunrat Mendorffer von Puch, und Ulreich und Hainreich meine Sün und alle unser Erben, wir verjehen und tun chunt offenleichen mit dem brif allen den, die in ansehent, hörent oder lesent, daz wir unser aigne Mül haben gegeben, di ze Lengenvelt gelegen ist unter Helffenberch, do Fridrich der Mülner an der Zeit aufgesezzen ist, di do järleichen gilt neun Schilling R. dl. di dann in dem lant gib und geb sint, und di haben wir gegeben gein Allerspurch zu einem ewigen Licht, nämlich 7 Schilling R. dl. und 4 dl. umb Wein an sand Johannes Tag ze Weihnachten, und 60 R. dl. dem Pfarrer zu der Gedechtnuzz, und davon sol ein Pfarrer järleichen ainen Jartag haben dez nehsten Montagez nach sand Katerintag, an dem Abent mit ainer Vigil und ze Morgens mit dreien Messen, und davon sol der Pfarrer seinen zwain Gesellen geben jeglichem 6 R. dl. und daz Selgericht daz chumpt da für Fridreichen den Richter, der ze Hohenburch schaden nam. Ez ist auch mer geriht worden, daz ain Pfarrer ze Allerspurch ewicleich gedenken sol Chunraden dez Mendorffers, und Chunigunten und Sophien seiner zwair Wirtinnen, und Fridreichs dez Richters. Und ob daz wär, daz der Pfarrer ze Allerspurch säumich wär, und den vorgenannten Jartag nicht begieng sampt der Gedechtnuzz, alz oben an dem brif geschriben stet, so sullen dez nehsten Iars di vorgenannten 60 dl. gein Adertzhausen gevallen zu einer pezzerung (pro poena), daz er daz Iar nicht volpracht hat di Gedechtnuzz, alz oben geschriben stet. Daz in daz allez stät und unzerbrochen beleib, darüber zu ainem waren Urchund und zu ainer Bestäticheit gib ich vorgenannter Chunrad der Mendorffer von Puch dem Herrn Albrechten dem Rüd Pfarrer an der Zeit zu Allerspurch disen brif für mich, und für Ulreich und für Hainreich meine Sün, und für alle unser Erben, versigelt mit meinem aigen Insigel, und mit meiner Sün Insigel Ulreichs dez Mendorffers und Hainreichs dez Mendorffers, di alle daran hangent. Der brif ist gegeben an sand Erasmus tag dez heiligen Martirers und Nothelfers, nach Christi Gepurd im 1378 Jar.

Tria Sigilla illaesa adpendent.

Num. DCCCCLXX. 1378. 24. Junii. Ex Originali.

Stiftung einer ewigen Frühmesse in Sigenburg.

Wir di Gesworn dez Margtz ze Sybenpurch, und di Gemain gemainchleich daselb arm und reich bechennen ewichleich und offenleich mit dem prief für uns und für all unser Erben uud Nachchomen allen den, di in ansehent, lesent oder hörent lesen, daz wir angesehen haben den grozzen presten, den di lieben hochgelobten Heiligen und wir in unserm Margt an Gotzdienst gehabt haben, und haben mit verainten wolbedachten Mut, und nach Rat, gutem Willen und Gunst dez weisen, würdigen, unsers genädigen Herrn Abt Seyfritz ze Pyburg, und mit der weisen erbärgen Herrn seines Conventz daselb, und auch nach Rat und gutem Willen dez erbärgen Herrn Herrn Heinrichs, unsers Pfarrers von Umelstorf dem allmächtigen Got ze lob und ze dienst, und der werten Muter Marie, und allen Gotes Heiligen ze Eren durch unser Heiles und unser Sel selichait willen, unsern Vorvodern und Nachchomen und uns ze Hilf und ze Trost ein ewige Frühmezz gewident, gestift und gemacht, di ein Herr, der pei uns wesenleich in unserm ègenannten Margt gesezzen ist, all Tag tägleich und ewichleich sprechen und lesen sol in unser Chirchen ze Sybenpurch auf unser lieben Fraun oder auf sand Nicolaus Altar; ez wär dann, ob in ein Chranchhait oder ein andere èhafte not irrt oder wegrieff, so mocht er underweilen in der Wochen einen Tag wol ruen, da solén wir in nicht umb zusprechen. Er sol auch mit dhainen pfärrlichen rechten nichtz ze schichen, noch ze tun haben, chlein noch grozz, wann wir diselb Mezz dem Gotzhaus ze Pyburch und der Pfarr on all iren schäden gemacht und gewidemt haben; dann unser lieber genädiger Herr Abt Seyfrit ze Pyburch und der Convént doselb, und unser Pfarrer Herr Heinrich habent uns die genad und lieb getan, ob unser einem, oder unsern Hausfraun oder einem andern Menschen ein Not oder ein Chrancheit begriff, daz man den Pfarrer so gähling nicht gehaben möcht, so hat unser Frümezzer den Gewalt, denselben Menschen zebewarn mit Gotzleichnam, er sol aber dhein pfärrlich recht oder Nutz darumb einnemmen, wann er ez dem Pfarrer ze dienst tun sol; es wär dann, ob im ein Mensch icht schüff durch seiner Seel willen, daz möcht er wol einnemmen. Wir haben auch ze derselben ewigen Frümezz geben, gewidemt und gemacht rechter ewiger Gült 10 tt. R. dl di ein Frühmezzer järleich sol einnemmen umb sant Michels Tag von den Gut, di

hernach geschriben stent: Daz ersten von einem Hof ze Staudach und von dez Oesterleins Garten, und von andern Wismat und Aechern 4 tt. R. dl. Sechs tt. R. dl. sullen wir im jährleich und ewichleich geben, wir und unser Erben und Nachchomen von unseim ègenannten Margt auz unserm erb und Aigen und von allem dem, waz wir haben, und di sullen im di gesworn järleich geben und antwurten, und sullens von uns einnemmen, und da sulln wir, noch si dhain Verziehen nicht haben, wie si auch di Gesworn anlegent, dez suln wir in gehorsam sein und nicht widersprechen, alz lang, untz daz wir di vorgenannten 6 tt. R. dl. rechter ewiger Gült anderzwo chauffen, zaigen und machen nach erbärger Läut rat, da si gewiz sein; wann wir daz tun, so sulln wir und unser Erben und der ègenannt Margt darumb dann ledich und loz sein, und sulln wir und unser Erben und Nachchommen dheinen Zuspruch mer darumb haben von Niemant. Wir haben auch die vorgenannten Gut und Gült, waz ir darzu chommen, oder waz ir fürpaz noch ze der genannten Frümezz geben und geschaft wirt, aufgeben freileich und ledichleich ze der vorgenannten Mezz, und di sol unser genädiger Herr der Abt von Pyburch, wer dann Herr oder Abt da ist, leihen ewichleich einem erbärgen Priester, der dann stätichleich uud wesenleich in unserm Margt gesezzen ist, und der tägleich ein Mezz sprech und lez, alz vor verschriben ist. Und da sol uns unser genädiger Herr der Abt von Pyburch, noch der Convent, noch der Pfarrer, der jetzt ist oder fürbaz wirt, nimmer irren, noch engen weder mit geistleichen oder mit wertleichen recht. Daz daz unsers genädigen Herrn Abt Seyfritz von Pyburch und dez Conventz daselb will und wort also sei, darüber ze einem waren Urchund und vester ewiger stätichait hat er und der Convent ire Insigel an den prief gehangen zu einer ewigen Zeugnuzz und Gedächtnuzz, darunder verpind ich mich obgenannter Herr Heinreich Pfarrer ze der Zeit ze Umelstorf mit meinen Treuen allez daz stät ze haben mit meinen égenannten Herren, daz an dem prief verschriben ist, wann daz allez mit meinem Wort und gutem Willen und Gunst geschehen ist. Daz wir di Gesworn dez ègenannten Margtz ze Sybenburch und die Gemain daselb arm und reich, unser Hausfraun, Erben und Nachchommen daz also stät halten träuleich und vesticleich, darüber ze einem waren Urchunde und ewigen Stätichait haben wir unser Margtz Insigel auch an den prief gehangen ze einer ewigen Gedächtnüzz und sicherhait. Derselben Mezz sind Stifter, Widmer und Anvanch unser genädiger Herr Abt Seyfrit von

Pyburch und der Convent daselb, Herr Heinrich der Pfarrer von Umelstorf, Thoman der Plumberger von Pyburch, der Loo auf dem perg, Ulreich Smit, Heinreich Pachmülner, Ulreich Chatzpech, Hainreich Chägerl, Perchtolt Hagn, Hainreich Aeulenpech, Chunrat Graf, Chunrat Man, Albrecht Scherer, Ulreich Huber, alle pürger ze Sybenpurch und ander erbär Läut. Daz ist geschehen an sand Johannes Tag ze Sunwenten nach Christes gepurt in dem 1378 Iar.

Tria Sigilla illaesa adpendent: illud oppidi Sybenburg repraesentat castrum.

Num. DCCCCLXXI. 1378. 12. Nov. Ex Originali.

Conradus Epus adjungit Vicario Primmissariae in Ecclia cathedrali alterum Vicarium, eique incorporat Parochiam Pürkwang.

In nomine sancte et individue Trinitatis feliciter amen. Conradus Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ratispon. ad perpetuam rei memoriam. Inter ceteras sollicitudinum curas, quibus pro Ecclesiarum et Subditorum nostrorum commodis et utilitatibus crebrius distrahimur, illa nobis occurrit precipua, ut Ecclesiam nostram Ratisponensem, cui disponente Domino licet immeriti presidemus, dignis attolamus laudibus et favoribus, ut eo devotius et diligentius divinum peragatur officium in eadem. Sane cum in predicta Ecclesia nostra Ratisponensi sit quedam missa perpetua, vulgariter Frumefs nuncupata, que per unum probum Capellanum in altari benedicte et gloriose Virginis et matris Marie decantari solebat cottidie, consideravimus, imo frequenter animo revolvimus, quod hoc uni soli presbytero fuisset hucusque et foret in antea satis grave, quodque fructus et redditus ejusdem misse duobus non sufficerent quovis modo, et ut idem officium deinceps magis commode, devotius et solempnius peragi posset et decantari, Nos pia devotione moti in divini cultus augmentum et conservationem dicte misse, maturoque et diligenti consilio et deliberatione prehabitis, accedenteque voluntate unanimi et consensu venerabilis Capituli nostri eidem misse et altari unum adjunximus et associavimus capellanum, qui in cantando dictam missam semper secundam Septimannam tenebit, cui pro decenti sustentatione Ecclesiam parochialem in Pirkhenwankch nostre collationis et diocesis incorporavimus, tradidimus et univimus, incorporamus, tradimus et annectimus per presentes, ita, ut cedente vel

decedente Rectore prefate Ecclesie parochialis in Pirkhenwankch Vicarius deinceps in eadem instituendus, quicunque pro tempore fuerit, Capellano dicte misse, quicunque fuerit, singulis annis tradere et assignare debebit libras denariorum monete Ratispon. in quolibet quatuor temporum anni termino 2 tt. prefacte monete; Statuentes etiam et ordinantes, ut idem Vicarius, quicunque fuerit pro tempore, omnia onera papalia Legatorum et Nuntiorum Sedis Apostolice, Episcopalia et archidiaconalia, quicunque nomine vocentur, absque omni dampno predicti Capellani solvere tenebitur et expedire, adiicientes nichilominus et statuentes, imo in virtute sancte obedientie districte precipientes, ut predicti Capellani, quicunque in antea fuerint, singulis diebus feriatis et non feriatis in cantando dictam missam se mutuo fideliter juvent et unus alteri astet superpelliciatus reverenter. Porro super taxatione census annui superius nominati, si aliquibus causis fortuito emergentibus aut aliquibus periculis gravibus supervenientibus fructus et redditus prenominate Ecclesie parochialis in Pirkhenwankch diminuti fuerint, aut augmentati, nobis et Successoribus nostris potestatem et auctoritatem, eundem modificandi et moderandi, penitus reservamus. In quorum omnium robur et testimonium presentes nostri Sigilli appensione fecimus roborari; nosque Ulricus Straubinger Senior totumque Capitulum Ecclesie Ratispon. associationi, unioni et incorporationi predictis ex certa scientia consensimus et in adhibiti consensus testimonium presentes litteras nostri Sigilli munimine jussimus muniri. Datum et actum Ratispone anno Domini 1378. die 12. mensis Novembris.

Sigillum Epi adpendet, altero Capituli avulso.

Num. DCCCCLXXII. 1379. 7. Februarii. Ex Originali.

Confirmatio Episcopalis super Statuto Capituli quoad receptionem Canonicorum.

Conradus dei et aplce Sedis gra Epus Ratispon. Omnibus in perpetuum. Comparuerunt coram nobis venerabiles, et in Xpo nobis dilecti Heinricus decanus, totumque capitulum Ecclie Ratispon. quoddam statutum per eosdem dudum factum et ordinatum nobis exhibentes, supplicantesque nihilominus humiliter et devote, idem statutum per nos gratiosius confirmari, cujus tenor per omnia sequitur et est talis:

Conradus de Heymberg Prepositus, Heinricus decanus, totumque Capitulum Ecclie Ratispon. ad perpetuam rei memoriam. Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietates temporum statuta quandoque varientur humana. Sane dudum in predicta nostra Ratispon. Ecclia a longis retroactis temporibus illa fuit observata consuetudo, quod quilibet Canonicus tunc receptus ordine ipsum tangente quoddam festum seu quendam ludum puerorum in quibusdam Eccliis, ludum Epatus, in nonnullis vero festum stultorum nuncupatum vulgariter sub certis penis inibi appositis tenebatur peragere, pro quo centum florenos auri ad minus expendidit et consumpsit. Cum autem in processu temporis in hmoi festo ludi taxillorum, contentiones diverse negligentieque in divinis officiis et alie insolentie satis enormes sint commisse, et tandem nostris temporibus ad tantam proh dolor! devenit noxam, quod in eo venerabilis confrater noster Conradus de Prounou magr in medicinis fuisset crudeliter interemptus, Nos diuturna et matura deliberatione prehabita volentes futuris obviare periculis, ne malitiá hominum similia et hiis pejora committantur, dictum ludum, festum et statutum unanimi voto et consensu tollimus, revocamus et reprobamus penitus, et de aliis nostris statutis delevimus et delemus, ipsumque in alia pietatis opera commutavimus et presentibus commutamus, statuentes et perpetuis temporibus irrefragabiliter observari volentes, quod quilibet Canonicus ad dictam Eccliam deinceps recipiendus in hmoi sui receptione ad suos Canonicatum et prebendam infra sex menses ab hmoi receptione computando, et ante receptionem suam ad Stallum in choro et vocem in capitulo obellario nostro, quicunque pro tempore fuerit, solvere tenebitur et assignare 20 tt. denar. Ratispon. usualis monete, quarum quatuor dari debent ad Sacristiam dicte nostre Ecclie pro reficiendis et emendis ornamentis Ecclcis, due vero libre ad fabricam dicte nostre Ecclie pro reformandis tectis, residue autem libre deponi debent ad predictam Sacristiam ad communem utilitatem nostram, et pro generalibus expensis nostri Capituli reservandas pariter et expendendas; negligentes vero in premissis aut rebelles per sententiam, quam in ipsos ferimus in hiis scriptis, stipendio prebendali tamdiu privavimus et privamus, donec pecuniam persolverint supradictam. Et ut hec nostra commutatio et novi statuti ordinatio robur obtineat firmitatis, nos illud nostri Sigilli appensione fecimus roborari. Datum et actum Ratispone anno Dni 1365. die XV. mensis Aprilis.

Nos igitur **Conradus** Epus prefatus petitionibus prefati venerabilis Capituli nostri gratiosius inclinati, predictum ipsorum statutum per nos diligenter et mature pensatum et examinatum tanquam rationabile et justum approbavimus et approbamus, ipsumque, prout per eos factum est et ordinatum salubriter, auctoritate nostra Ordinaria laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, ac nostro roboramus Sigillo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti feliciter amen. Datum et actum Ratispone anno Domini 1379. die VII. mensis Februarii.

Sigillum Epi integrum adpendet.

Num. DCCCCLXXIII. 1379. 29. Nov. Ex Originali.

Concessio destituendi et substituendi Monachos in Ecclesia Vilshoven data Monasterio Ensdorfensi.

Conradus dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ratisponensis omnibus presens scriptum inspecturis cupimus fore notum, quod cum magnificus Princeps Dominus **Lodouuicus** Comes Palat. Reni et Dux Bauuarie ob reverentiam Dei, et sue precelse genitricis Virginis Marie, ac sancti Jacobi Apostoli, sue et progenitorum suorum remedium animarum Ecclesiam parochialem sancti Michaelis in **Vilshoven** nostre Ratisponensis diocesis, cujus jus patronatus ipsum et suos heredes respexit, advocatiam ejusdem cum omnibus juribus et pertinentiis suis, quibus ipse possedit, Monasterio sancti Jacobi in **Enstorf** nostre Ratisponensis diocesis donasset et assignasset, dominium premissorum pleno jure et proprietatis titulo in Abbatem et fratres dicti Monasterii, et eorum Successores transferendo, ac deinde Reverendus in Xpo pater et dominus Heinricus de Rotenekk felicis recordat. Predecessor noster consilio et consensu sui Capituli dictis Abbati et Conventui, et eorum Successoribus ac Monasterio eorumdem in antea perpetuis temporibus incorporasset, et annectendo univisset, jure tamen Episcopali et aliis a Canone exceptis semper salvis, et ipsi Abbas et Conventus in recognitionem gratie sibi facte solempnitatibus, stipulationibus ac data fide promiserunt, dicto Domino Heinrico Predecessori nostro predicto festum S. Augustini Epi cum ceteris ad solempne officium requisitis, cum pulsatione magna, propria historia et legenda ipsius, ac anniversarium suum singulis annis jugiter peracturos, una libra denar. Ratispon. pro consolatione

fratrum deputata. Et quia malitia hominum inolescente ex Successu temporis dictum Monasterium ad tantam devenit inopiam, ut facultatibus et redditibus dicti Monasterii pro fratribus non sufficientibus plures fratres ipsius Cenobii non sine diminutione divini cultus ad alia Monasteria et loca, in quibus sustentari possint, proficisci cogantur, unde venerabilis Dominus Fridericus Abbas et religiosi viri fratres sui, Conventus dicti Monasterii hiis nobis preexpositis humiliter et devote supplicarunt, quatenus predictam Ecclesiam sancti Michaelis in Vilshoven, que per secularem Presbyterum regi consuevit, ipsi et suo Monasterio prius incorporatam iterato annectere et conferre, et jus, quia per secularem Presbyterum regi consuevit, auctoritate nostra Pontificali inmutare, et ut videlicet per Presbyterum monachum dicti Ordinis in antea regi valeat, concedere dignaremur, hoc addito, ut Abbas, qui pro tempore fuerit, jus monachum nobis pro regimine dicte Ecclesie presentandi et eundem, si oportunum viderit, revocandi et iterum alium nobis ac Successoribus nostris presentandi totiens, quotiens sui Monasterii et dicte Ecclesie exegerit necessitas, habito tamen fratrum seniorum dicti sui Monasterii consilio et consensu. Sane cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem Officii nostri ad debitum perducatur effectum, Nos dicti Monasterii inopia et divini cultus abusu, quod dolentes referimus, excitati, de pleno nostri Capituli consensu eorum devotis precibus annuentes, dictam parochialem Ecclesiam sancti Michaelis in Vilshoven cum omnibus juribus et pertinentiis suis ipsis Abbati et Conventui, et eorum Successoribus ac Monasterio eorumdem conferimus, ac omnia per supradictos Dominos Epum et Ducem facta auctoritate Episcopali confirmamus, adiicientes ordinando et statuendo, ut deinceps perpetuis temporibus dicta Ecclesia non per secularem Presbyterum, sed per monachum Presbyterum dictorum Ordinis et Monasterii utilem et expertum pro regimine dicte Ecclesie et plebis ipsius deinceps regatur, et eisdem Ecclesie et plebi in divinis officiis et aliis fideliter et diligenter deserviatur, consuetudinem ibidem in premissis prehabitam tollentes, et ut prefertur etiam mutantes, regimine tamen presentis Rectoris semper salvo. Ordinavimus etiam tenore presentis et mandamus, ac plenam licentiam Abbati, qui pro tempore fuerit, concedimus, ut plebano, qui dictam Ecclesiam jam regit, cedente vel decedente, monachum, quem duxerit eligendum ad premissa, nobis aut Successoribus nostris presentet ad committendum eidem potestatem ligandi et solvendi, eundem revocet et alium

presentet ac instituat totiens, quotiens sibi et dictis Monasterio et Ecclesie visum fuerit expedire, consilio tamen et consensu Seniorum sui Conventus interveniente. Preterea quia dicti Abbas et Conventus jam dictam gratiam recognoscentes, solempni Stipulatione pro se et Successoribus suis in manus nostras facta promiserunt, ut a data presentium perpetuis temporibus festum sancte Barbare martyris et virginis in Monasterio eorum singulis annis cum propria historia, legenda, magna pulsatione terroris, et aliis in tali solempni officio consuetis peragant, nostrique memoriam cum una collecta habeant, quodque predictus Abbas et sui Successores in eodem festo dimidiam libram denariorum Ratisponen. pro fratribus dicti Monasterii pro consolatione tradant; institutione tamen de festo sancti Augustini Epi et anniversario predicti Predecessoris nostri superius memoratis, per eundem nostrum Predecessorem, ut prefertur, factis et ordinatis in suo vigore perpetuo manente sub pena 5 tt. denariorum Ratisponensis monete, quam idem Predecessor noster apposuit, prout in suis litteris plenius continetur. Nos enim tam beate Barbare festum per nos, ut prefertur, institutum, quam etiam Predecessoris nostri predicti festum et anniversarium jam dicta volumus firmitate perpetua perdurare, adiicientes nichilominus, ut quotienscunque idem festum sancte Barbare cum solempnitatibus debitis obmitti contingat, Abbas et Conventus prefati Monasterii in Enstorf, qui pro tempore fuerint, similiter quinque libras denariorum monete Ratisponensis fabrice Ecclesie nostre Ratisponensis persolvere non obmittant, quas si infra quindenam non solverint, ex nunc prout ex tunc dictis quindecim diebus pro canonica monitione premissa, ipsos Sententiam suspensionis volumus incidisse. Volumus etiam et ordinamus, ut omnia et singula jura Papalia, Episcopalia, Kathedraticum et archidiaconorum Subsidia, contributiones, karitativa Subsidia, procurationes et expensas Sedis Apostolice Legatorum, aut Nuntiorum ejus ac alia onera incumbentia et per sacros Canones expressa, que deinceps prefate Ecclesie in Vilshoven imponentur, per plebanum monachum sepedicte Ecclesie in Vilshoven omni contradictione et excusatione semota, quotiens ipsa imponi contingat, in terminis ad hoc statutis ammodo integraliter persolvantur, adiicientes nichilominus statuendo, ut eidem plebano tam lauta et pinquis de fructibus sepedicte Ecclesie deputetur prebenda, ut exinde omnia predicta onera commode sufferre, solvere, hospitalitatemque servare, seque sustentare valeat competenter. Verum si idem plebanus in solutione premissorum aut eorum aliquo negligens fuerit aut remissus, quotiens hoc fuerit, totiens eo

amoto vel non amoto Abbas et Conventus Monasterii sepedicti, qui pro tunc fuerint, dicta onera ea vice sufferant et persolvant, prout hec omnia et singula alia suprascripta facere, servare, solvere et tenere Stipulatione solempni se sponte obligarunt, sicut in litteris desuper nobis traditis Sigillisque ipsorum roboratis plenius continetur, quibuslibet privilegiis, libertatibus, exemptionibns seu beneficiis juris, legis vel ordinis qualitercunque vel a quocunque ipsis, eorum Monasterio, ac Ecclesie supradicte concessis, aut in antea concedendis, que eis contra premissa minime debent subvenire, non obstantibus, ad que habenda et obtinenda ipsi, aut aliquis ex eis, vel aliquis eorum nomine non debent alicujus impetrare, implorare aut obtinere consilium et auxilium quovis modo, prout penam suspensionis supradictam voluerint evitare. In quorum omnium et singulorum testimonium atque robur presentes litteras nostri et Capituli nostri Sigillorum appensionibus dedimus legitime roboratas. Acta sunt hec Ratispone anno Domini 1379. die penultima mensis Novembris, Pontificatus sanctissimi in Xpo patris et Domini nostri Domini Urbani digna Dei providentia Pape sexti anno secundo.

Duo Sigilla adpendent.

Num. DCCCCLXXIV. 1380. 25. Maii. Ex Originali.

Statut über die Nichtveräuſserung der Veste Hohenburg am Nordgau, und des Marktes Pilsting.

Wir Konrad von Gots genade Bischof, Heinrich Techant, und das gantz Capitel des Tums ze Regenspurch tun kund offenleich allen den, di ytzu lebent und hernach künftig werdent ewiklich, daz wir angesehen und bedacht haben di grossen verderblichen Gebrechen, und Scheden, di wir, unser Gotzhus, Capitel und Pfaffheit lang zeit pizher genomen und enphangen habn von dem Verkümern und Versetzen aller unsers Gotzhus Vest, di bei unsern Vorvodern geschehen sind, und haben uns mit guter zeitiger Fürbetrachtung und vollkomnen Rat zu der Zeit und Weil, do wir ez wohl getun mochten, durch sunder hilff Widerpringens und Schermes unsers und unsers vorgenannten Gotzhus Capitel und Pfaffheit ainmütiklichen und williklich mit einander veraint und verpunden, verainen und verpinden uns auch mit dem gegenwürtigen brif, und haben ouch deſs ein ewigs Statut gemacht, daz wir, unser Nachkommen, noch anders

Jemant von unsern wegen unser und unsers vorgenannten Gotzhus Vest Hohenburg gelegen auf dem Norkow mit allen iren Zugehören, und den Markt Pilsting, di uns und demselben unserm Gotzhus von Todes wegen des weisen vesten Ritter hrn Hilpolt von Stein seligen, unserm liben Vettern ledig worden sind, und di uns der erberg vest Ritter, unser liber Vetter hr Hilpolt sein Sun on alles Verziechen und Verpinde lediklich hat eingeantwurt, fürbaz ewiklich dheinem geistlichen oder werltlichen Herrn, noch anders Jemant niht versetzen, verkümern, noch verkouffen wellen, sullen, noch mügen, noch anders Jemant von unsern wegen von dhainerlai sach wegen, noch in dhainer Weis, als wir daz alles dem allmechtigen Got und dem liben Herrn sand Peter unserm Haupthern auf das heilig Sacrament und Evangelii unsers liben Herrn Jesu Christi gestallt Ayd gesworn und gelubt haben, geluben und sweren ouch stet zu haben williklich und ewiklich mit dem gegenwürtigen brif, ausgenommen ob wir den obgenannten Markt Pilsting dem Hochgeporn Fürsten und hrn hrn Friedreich Pfallentzgraven bei Rhein und Hertzog in Beyrn nach der brif sag, di er umb unser und des Gotzhus Vest Teispach von uns vorhat, versetzen müsten, so geluben und versprechen wir an Aides stat, daz wir dasselb Gelt unser vorgenannten Vest und Herrschaft Hohenburg ze Nutz anlegen wellen und sullen. Dartzu haben wir geordent und gemacht, ordnen und machen auch mit dem gegenwürtigen brif ze einem ewigen Gesetz, wenn daz ist, daz ein Bischof ze Regenspurch fürbaz mit dem Tod oder von andern redlichen sachen abgeet und nymer ist: So soll der Pfleger, der di obgenannt Vest Hohenburg je dann inn hat, mit derselben Vest wartent sein uns, dem Capitel, oder dem merern Tail dez Capitels, und uns dez auch vor sein gut brif geben, alz lang, piz man einen erwelten recht bestetten Bischof hat, und der auch allez daz gelub ze halten und ze bestätten, gelüb und bestätt mit seinem brif, daz oben an dem brif verschriben ist, und wenn daz geschicht, so soll man demselben Bischof di obgenannt Vest Hohenburg mit allen iren Zugehörn dann lediklich und on alles Verziechen inantwurten und geben. Der obgeschribnen sach und handlung aller sind Zeugen die edeln weisen hr Hadmar von Laber ze den zeiten Purgermaister ze Regenspurg, hr Hilpold vom Stein, Degenhart Hover unser Marschalch, Fridreich Kamerauer vom Heitstein, Hanns von Steinach, und Baldwein der Perbinger unser Hofmeister; und dez alles ze einem ewigen Urkund und Stetikeit haben wir obgenannt Conrad Bischof, und daz Capitel ze Regenspurg den brif versigelt mit un-

sern anhangenden Insigeln; so haben wir obgenannt Hadmar von Laber, Hilpolt vom Stein, Degenhart Hover, Fridreich Kamerauer, Hanns von Steinach und Baldwein Perwinger unsre Insigel ouch an den brif gehenkt ze einer Zeugnufs der obgeschriebnen sach, durch vleissiger pet willen der obgenannten Herrn Conrad Bischofes, und seines Capitels ze Regenspurg, uns unentgolten und on schaden, der geben ist nach Christi Gepurd im 1380 Jar, an des heiligen hrn sand Urbanstag.

Octo Sigilla illaesa adpendent.

Num. DCCCCLXXV. 1381. 14. Febr. Ex Originali.

Ordinatio Episcopalis Statutorum a Capellanis altaris B. V. M. seu a primissariis in Ecclia cathedr. Ratisbon. observandorum.

Conradus Dei et Apostolice Sedis gratia Epus, Hainricus decanus, totumque Capitulum Ecclesie Ratispon. ad perpetuam rei memoriam. Deum credimus habere propitium et Sanctos ejus, dum ea, que per Predecessores nostros atque nos ad sui sunt laudem et gloriam instituta, Statutis debitis muniamus. Sane dudum per Predecessores nostros Ecclesia parochialis in Grafenchirchen pro certa pensione, videlicet 8 tt. denariorum monete Ratispon. Capellano perpetuo altaris gloriose Virginis Marie pro ipsius Capellani sustentatione incorporata, Nos eidem Capellano ex certis et rationabilibus causis, et potissime ad decorem et magis solempniorem executionem divini officii unum associavimus Presbyterum perpetuum capellanum, pro cujus sustentatione Ecclesiam parochialem in Pirchenwankch incorporavimus, prout hec omnia in litteris incorporationis hmoi plenius continetur. Nos igitur volentes Capellanos altaris supradicti pro nunc viventes, videlicet Hainricum de Librata, et Arnoldum Jban, et quoslibet ipsorum Successores deinceps infra scripta Statuta, que cum matura deliberatione fecimus et ordinavimus, quibuslibet futuris temporibus inviolabiliter observare. Primo videlicet statuentes et ordinantes, ut fructus predictarum Ecclesiarum in Grafenchirchen et in Pirchenwankch, quarum quelibet octo librarum monete pretacte ipsis solvet, per eos insimul sub equalibus eorum laboribus ex expensis congregentur et inter se deinceps fideliter dividantur. Item quod unus unam, alter alteram in celebrando et cantando divinum Officium in altari predicto Septimannam teneat, in quo alter alteri

cum duobus Scolaribus valentibus et scientibus cantare superpelliciatus astare et cantare tenetur reverenter. Item predicti duo Capellani sub ipsorum equalibus expensis ad scolarem, qui alias ad predictam missam per bone memorie Virum Ulricum de Sall est institutus, unum etiam Scolarem teneant, qui duo Scolares predictos duos Capellanos debent et possint juvare in cantando. Item volumus, quod predictus Heinricus presentias Chori pro tempore vite sue solus teneat, ipso vero de medio sublato Capellani predicti altaris, quicunque tunc fuerint, easdem presentias deinceps inter se equaliter dividere debent, sicut ceteros ipsorum fructus. Item statuimus et ordinavimus, quod si ex causa rationabili et legitima aliquem predictorum Capellanorum ad tempus abesse contingat, idem medio tempore, si Septimanna sua fuerit, per idoneum Presbyterum et unum Scolarem valentem cantare suis sumptibus et expensis altari et misse deserviat supradictis; oblationes vero predicte misse possunt predicti Capellani inter se dividere, vel quilibet ipsorum, que in sua evenerint Septimanna, pro se integraliter retinere. Quod si unus ipsorum vel ambo in premissis aut premissorum aliquo secus fecerit aut fecerint, per decanum Ecclie Ratispon. qui pro tunc fuerit, aut Seniorem in ipsius absentia canonica monitione premissa pena debita puniatur. Insuper adiicimus statuendo, quod Scolasticus Ecclesie nostre Ratispon. supradicte, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, predictam missam, quando et quotiens in antea legitime vacare ceperit, conferre debet et potest uni duntaxat honesto et idoneo Presbytero, qui predicte misse preesse valet pariter et prodesse. Et ut hmoi nostre Constitutiones et ordinationes perpetue firmitatis robur teneant, ipsas Sigillorum nostrorum appensione duximus roborandas. Datum et actum Ratispone anno Domini 1381. in die sancti Valentini martiris.

Duo Sigilla Epi et sui Capituli adpendent.

Num. DCCCCLXXVI. 1381. Ex Originali.

Donatio domus facta ab Epo Conrado suo Capitulo erga anniversarium suum perpetuo peragendum.

Wir Chunrat von Gottez genaden Bischof ze Regenspurg, verjehen und bechennen offenlich mit dem brief, daz wir mit wolbedachtem Mut und mit gutem Willen unser Chorhaus, genannt der

Ulricus de Hohenvels Prepositus, totumque Capitulum Ecclesie Ratispon. omnibus presentibus et futuris presentes nostras litteras visuris et audituris volumus esse notum, quod Revmus in Xpo pater et dnus noster, dnus Joannes Epus Ratisponen. paterna consideratione motus fructus, redditus et proventus Capituli Ratisponen. ex predecessorum nostrorum diffortuniis et malitia hominum invalescente diminutos et desolatos reaugere et in uberiorem statum reformare, quantum ab Alto sibi permissum fuerit, devote desiderans, duas parochiales Ecclesias suarum collationis et diocesis, videlicet in Mokkerstorf, et in Leybolfing, quantum de jure potuit et debuit, cum omnibus juribus et pertinentiis suis nobis, successoribus nostris et dicto Capitulo sancte Ratisponen. Ecclesie univit, annexuit et incorporavit, prout in litteris suis desuper confectis plenius continetur. Nos autem donationem ipsam cum omni humilitate et gratiarum actione alacriter suscipientes, et ne accepti beneficii immemores et ingrati arguamur, cum etiam dictarum Ecclesiarum unam, videlicet in Mokkerstorf ad presens per certum nostrum Vicarium possideamus, dicto dno nostro Epo fide prestita promisimus et promittimus per presentes, quod, ut jugis in ipsa Ecclesia nostra Ratispon. ipsius perseveret memoria, anno presenti et in antea singulis annis quolibet anno in crastino sancti Michaelis vel ad minus infra ipsius octavas vigiliis, candelis, pulsationibus ac missa defunctorum perpetuis temporibus ejus anniversarium peragemus, solutis pro Canonicis et Vicariis seu altaristis omnibus in dicta nostra Ecclesia constitutis dumtaxat Vigiliis et missa personaliter interessentibus per obellarium nostrum 20 solid. denar. Ratispon. servata in premissis consuetudine et

modo, que in anniversariis Pontificum observari fideliter consueverunt. Item festum beate Elisabeth singulis annis perpetuo cum officio pleno, historia propria et 20 solidis denar. Ratispon. per omnia, ut supradictum est, similiter peragemus. Et ut nostra presens firma sit promissio, obligamus nos nostrosque successores et Capitulum nostrum Ratispon. quod, quocunque anno dictus dies anniversarius et dies sancte Elisabeth supradictus, seu aliquis illorum neglecti et obmissi fuerint, quod ex tunc omni tergiversatione amota 5. libre denar. Ratispon. magistro fabrice Ecclesie nostre Ratispon. predicte post mensem a quolibet dictorum dierum per ipsum Capitulum nostrum et ejus obellarium persolvantur, et hoc totiens fiat, quotiens dictos dies anniversarii et festi obmitti contingat. Quod si similiter infra 15. dies a lapsu dicti mensis monitione tamen magistri fabrice prius facta non fieret, ex tunc prout ex nunc celerarium et obellarium nostros tamdiu, quousque omnia supradicta persolvantur, a divinis suspendimus et suspensos esse volumus per presentes. Promittimus etiam ut supra, quod si aliqua dictarum Ecclesiarum per rigorem juris perdita fuerit et ipsarum incorporatio infirmata, nichilominus dictos dies perpetuo et inviolabiliter peragemus. Volumus etiam, quod in Vita ipsius dni nostri Epi singulis annis pro omnibus fidelibus defunctis ista fiant, ipso vero ab humanis rebus exuto dictus dies pro anima sua perpetuo habeatur. In cujus rei testimonium presentes nostras litteras Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Ratispone anno Domini 1398. die vero beate Katherine Virginis.

Sigillum Capituli illaesum adpendet.

Num. DCCCCXCIX. 1399. 23. Sept. Ex Originali.

Confirmatio Eplis missae Ss. Laurentii et Florini in Ecclesia cathedrali.

Wir Johanns von Gotes genaden Bischof zu Regenspurg bechennen offenlich mit dem brief für uns und für alle unser Nachkomen, daz wir zu vörderst durch Gotes willen, unserm Stift zu Eren, und durch fleizzige pet und dinst willen unsers besunders liben und getreuen Herrn Albrechts Stauffers obristen Schulmaisters und Chorherrn unsers Stifts zu Regenspurg, Ulreichs und Hainreichs der Stauffer paider Gebrüder mit willen, wissen und gunst unsers Erwürdigen Capitels di hernach geschriben Stukch, zu dem ersten etc. *Vid. supra Num. DCCCCLXXXXVII.* di alle gelegen sind in der

Herrschaft und in dem Gericht zu Tumstauf, di von uns und unserm Gotshaus zu Lehen sind, zu einer ewigen Mefs, di si in unserm vorgenannten Tum in den Eren des heiligen Herren sand Florin, der leibhäftiger daselbs ist, auf einen neuen Altar gewidemt und gestift habent, diselb Mefs und alle di obigen Stukch wir darzu geaigent und bestätt haben, aigen, ewigen und bestätten di auch mit dem brief ewichleich zu halten, und dabei zu beleiben, also, daz wir, noch unser Nachkomen Bischöf zu Regenspurg darauf, darnach, noch dawider nichts mer zu vodern, und zu sprechen haben sullen, noch gewinnen wellen, treuleich on allez Gevärd. Und dez zu Urchund geben wir den obgenannten Stauffern und irer gestiften ewigen Mefs den brief besigelt mit unserm grözzern anhangenden Insigel, und mit unsers obgenannten Capitels gemainem Insigel, daz si an den brif gehangen haben, der obgenannten Aigenschaft und der Mefs - Bestättigung zu einer Bezeugnüzz, in selben und iren Nachkomen unenkolten und on Schaden. Daz ist geschehen, do man zalt von Christi Gepurt 1399 Jar, dez nähsten Eritags nach sand Haymerams Tage.

Sigillum Capituli adpendet, isto Epi avulso.

Num. M. 1400. 27. Augusti. Ex Originali.

Albrecht Rüd Pfarrer zu Allersburg stiftet daselbst auf dem Frauenaltar eine ewige Früh - Messe und einen Jahrtag für seine und seiner Vorvodern Seelenruhe.

Ich herr Albrecht Rüd an der Zeit Kirchenherr zu Allerspurck bekenn offenleich mit dem prieff allen den, di in ansehen, hörent oder lesen, daz mein Vater seliger Perthold der Rüd, (wahrscheinlich besafs diese Familie in den Vorzeiten das Schlofs Rüden als Stammgut) und Alhaid mein Muter selige gekauft haben ein Gut gelegen zu Noderstal, da zu den Zeiten der Sleicher aufsitzt, für ein freyes lediges Aygen, daz da alle Jar jerleich gült 15 Mezzen Korns, und 15 Mezzen Habern, 4 Mezzen Waitz, 4 Mezzen Gersten alles Veldorfer Mas, und 12 R. dl. und diselben Gült und Zins sullen gefallen zu jeder Zeit, als Gült- und Zinsrecht ist mit dem Beschaiden, daz ich obgenannter herr Albrecht Rüd an der Zeit pfarrer zu Allerspurck sol dazselb Gut anlegen nach dem Hail irer Sel und all unser Vorvodern Sel willen, als ich si selber han

eingenummen wol 24 Jar, und han auch davon alle Wochen ein Vigil lazzen singen zu Allerspurck. Auch bekenn ich vorgenannter herr Albrecht Rüd, daz ich selber gekauft hab von Herrn Dietreich dem Stauffer vom Haymhof und Elspeten seiner Hausfrauen den Garten gelegen pei der Kirchen zu Allerspurck und di Hofstat dapei, di da alle Jar jerleich gült 5 Schilling R. dl. auch so hab ich gekauft ein Wisen und einen Krautgarten von Chunrat dem Lüderlein von Hohenburck und von seiner Hausfrauen, gelegen oberhalb des Hamers zu Hohenburck, di da gült alle Jar jerleich 60 R. dl. so hab ich gekauft einen Akker gelegen pei Stetkirchen von Chunigunt der Zepflin, und von demselben Akker sullen die Zechleut des Gotzhaus zu Allerspurck beleuchten unser Frauen-Altar doselbst. Darnach so bekenn ich oftgenannter herr Albrecht Rüd offenleich mit dem prieff, daz ich mit gutem Willen und Wort, und mit wohlbedachten Mut und mit meiner Freunt Rat und nach ander erberger Leut Rat di obgenannten Gut, Gült und Zins geben hab leuterlich durch Gotz willen, und durch unser Frauen willen, und durch daz Hail meiner Sel und aller meiner Vorvodern Sel willen an daz Gotzhaus zu Allerspurck zu einer ewigen Mess auf unser Frauen - Altar doselbst, den ich und mein Vorvodern gestift haben. Und ob daz wär, daz di Mess nicht für sich gieng in kurtzer Zeit, so sol man die weil alle Wochen ein Vigil singen zu Allerspurck, davon sol man geben einem Pfarrer 3 R. dl. und jedem Gesellen 2 R. dl. und ob daz wär, daz ein Pfarrer darin säumig wär und di Vigil nicht singen wolt, alz oben geschriben stet, so haben di Zechleut dez Gotzhaus zu Allerspurck vollen Gewalt, daz si di égenannt Gült und Zins einnemmen, und sullen si dann anlegen zu Nutz der vorgenannten Frümess gein Allerspurck und trachten, daz dise fürderlich für sich gé. Auch mer diweil di obgenannt Frümess nicht für sich get, di weil sol ein Pfarrer zu Allerspurck des obgenannten herrn Albrechts Rüden, Pertholds seines Vaters, Alhaid seiner Muter und aller irer Vorvodern Jartag järleich begeen, und davon sol man geben von den égenannten Zinsen einem Pfarrer 24 R. dl. und jedem Gesellen 10 R. dl. auch sol man ewickleich gedencken dez vorgenannten herrn Albrechts Rüden und aller seiner Geschwistert, und Perthold seines Vaters, und Alhait seiner Muter, und all irer Vorvodern Sel. Und ob daz wär, daz di Frümess für sich gieng, so sol ein Pfarrer nichts mehr zuschicken haben mit den Zinsen, und sol dann fürbaz ewickleich den obgenannten Jartag begén und auzrichten eine ewige Frümess,

und sol man dem Pfarrer uud seinen Gesellen geben, alz oben geschriben stet. Auch so han ich gekauft zwai Mettenpücher und einen Psalter. Pei dem Geschäft sint gewesen di erwürdigen und erbärn Leut herr Jorg Kempnater, von Gotz Genaden an der Zeit Apt zu Kastel, Purckhart Hoffner an der Zeit Richter zu der Freyenstadt, Hanns Paur an der Zeit gesezzen zu Allerspurck, Chunrat Rostauscher der alt, Chunrat Sleicher, Chunrat Smid als geschworne Burger zu Hohenburck, und Heinrich Renner an der Zeit gesezzen zu Allerspurck. Und daz daz alles stät und unzerbrochen beleib, gib ich obgenannter herr Albrecht Rüd pfarrer zu Allerspurck den prieff versigelt mit meinem aigen anhangenten Insigel, und mit meines genädigen Herrn Herrn Jorgen Kempnaters, von Gotz gnaden an der Zeit Apts zu Kastel Insigel, und mit Purckharts des Hoffners Insigel, und mit Hannsen des Paurs Insigel, di si durch meiner fleizzigen Pet willen daran gehangen haben zu einem Gezeugniſs und pezzern Sicherhait, allez daz fürbaz treuleich stet zu halten, daz an dem prief geschriben stet. Der prief ist geben, do man zalt nach Christi Gepurt 1400 Jar, dez nähsten Freitags nach Bartholomaei des heiligen Zwelfpoten.

Sigillum Alberti Rüd integrum adpendet, reliquis avulsis.

SECTIO V.

Continens Monumenta Saeculi XV.

Num. MI. 1401. 7. April. Ex Originali.

Mundiburdium regium datum Epo, Capitulo ac universo Clero Civitatis et Dioecesis Ratisbon.

Wir Rupprecht von Gots genaden Römischer Künig, zu allen Ziten merer des Richs, bekennen und tun kunt offenlich mit diesem brief allen den, di in sehent oder hörent lesen, daz wir haben angesehen die getreue und geneme Dienste, di uns und dem heiligen Römischen Riche der Erwürdige Johann Bischoff zu Regenspurg unser lieber Fürst und Andächtiger dicke nützlich getan und erzeigt hat, und auch fürbaz tun sol und mag in künftigen Ziten, darumb so haben wir im, sinen nachkomenden Bischoffen zu Regenspurg, dem Stifte zu Regenspurg, dem Capitel daselbs und der Pfaffhait gemeinclich und besunder in der Stat und im Bistum zu Regenspurg mit wolbedachtem Mut und mit rechten Wissen alle Hantvesten, Brieve, Gnade, Würde, Friheit, Ere, gute Herkomen und Gewonheit, die die obgenannten der Bischof, das Stift und daz Capitel zu Regenspurg, und die Pfaffhait gemainclich oder besunder redlich gehabt und herbracht haben, und di in von seliger Gedechtnifs Pebsten, oder Römischen Keisern und Künigen unsern Vorfaren an dem Riche gegeben, verlihen oder verschriben sint, bestetigt, bevestet, verneuert und confirmirt, bestetigen, bevesten, verneuern und confirmiren in die mit kraft diss briefs und Römischer küniglicher Mechte — Vollkomenheit, und darumb gebieten wir allen Fürsten, Graven, frien Herren, Rittern, Knechten, Gemeinscheften, Stetten, Bürgern und allen andern unsern und des Richs Undertanen und Getruwen, wie die genannt sint, bi unsern und des Richs Hulden, daz sie den obgenannten Johann Bischoff zu Regenspurg, daz Capitel und di obgenannt Pfaffhait gemainclich und besunder bi solchen Hantvesten, Briefen, Gnaden, Friheiten, Würden, Eren, Her-

komen und Gewonheiten, wo oder wie sie die uf Wasser oder uf Lande redlich gehabt und herbracht haben, ungehindert, ungeirret, unbesweret und ungedrungen bliben lassen; und wer darwider tete heimlich oder offenbar, der sol in unsere und des Richs Ungnade swerlich und auch in semtliche Pene, als in den obgeschriben Hantvesten, Brieven und Friheiten begriffen sint, nachdem als sie daselbs begriffen sint, vervallen sin, Urkunde difs briefs, versigelt mit unserm küniglichen Majestät Ingesiegl, geben zu Amberg, da man zalte nach Cristi gepurte 1401. Jar uf den Donnerstag in der heiligen Osterwochen, unsers Richs in dem ersten Jare.

Sigillum majestat. integrum adpendet.

Num. MII. 1402. 27. Februarii.

Ioannes Epus Ratisponensis confirmat Collegiatae in Altenoetting incorporationem parochialis Ecclesiae in Eggenfelden a Sede Apostolica obtentam. Datum et actum in oppido Lantshut Frisingensis diocesis anno Domini 1402. die vero penultima mensis Februarii.

Hundii Metrop. III. 50. Edit. Ratisbon.

Num. MIII. 1402. 20. Jul. Ex Originali.

Appropriatio decimae in Pfätter, et feodi in Süssenbach facta Monasterio Reichenbacensi, et hujus promissio anniversarii pro Epo Joanne peragendi.

Wir Iohanns von Gotes genaden Abt zu Reichenbach, und gemainclich unser Convent daselbs bekennen offenleich mit dem brief allen den, di jtzunt sind und hinfür künftig werden sein, daz uns unser genädiger lieber Herr, Herr Johanns Bischof zu Regenspurch di besunder Gnad und Fürderung getan hat, und hat uns und unserm Gotshaus geaigent den Zehent zu Pfäter, den wir gechauft haben von den Lechen nach laut und sag der Brief, di wir darüber haben, und auch daz Lehen gelegen zu Süssenbach, da an der Zeit Jacob Seldner aufgesessen ist, welche stukh vor von seinen Genaden Lehen sind gewesen, di er auch unserm Gotshaus geaigent hat; und darumb haben wir unserm vorgenannten genädigen Herrn versprochen und gehaissen, wenn seiner Lebtag nit mer sullen sein, dez Got lang nicht engeb, daz wir dann und all unser Nachkomen

alle Jar järleich und ewichleich im seinen Jartag sulln und welln begén mit Vigil und Selmefs, und mit aller Zugehörung, alz man dann eines Bischofs Jartag in unserm Gotshaus begét und an uns komen ist. Dez zu Urkund geben wir im den Brief besigelten mit unsern paiden anhangenden Insigeln, der geben ist am nächsten Pfinztag vor sand Jacobstag nach Christi Gepurt im 1402. Jar.

Sigillum utrumque illaesum adpendet. a.) abbatis sedentis cum libro et pedo, b.) Conventus cum imagine B. M. V. puerum Jesum tenentis.

Num. MIV. 1402. 1. Octobris. Ex Copia vidimata.

Johannes Epus Ratispon. confirmat perpetuam Missam, quam Albertus Rustorffer p. m. de bonis suis propriis per eum derelictis per Albertum dictum Weilberger cognatum suum in Ecclesia parochiali Eggenfelden fundavit ac dotavit, dummodo plebani Ecclesiae praedictae, et ipsius Ecclesiae Patronorum vel Collatorum ad id accesserit consensus et voluntas. In cujus rei testimonium praesentes nostras Litteras nostri Sigilli appensione fecimus communiri. Datum Ratisponae die 1. mensis Octobris, anno dni 1402.

Num. MV. 1402. 3. Octobris. Ex Originali.

Appropriatio duarum Curiarum in Greussing facta ad primissariam in Geislhoering.

Ich Chunrat der Gerhart d. z. Capellan der Frumezz in der Pfarr zu sand Peter zu Geiselhering vergich für mich, und für all mein Nachkomen, die Kapplan daselbn offenlich mit dem brief, daz die Erwirdig mein genädig frau, Frau Elspet Abbtessin dez Gotzhaus ze Obermünster ze Regenspurg und gemainklich der Convent daselbn mit verainten guten Willen läuterlich durch Got und Merung dez Gotzdiensts, und nach vleizziger pet des hochgeporn Fürsten Herzog Albrechts in Nidern Bairn selig die 2 Höf, di gelegen sint ze Gräussing, ainer zu nächst oberhalb der Chirchen, und der andre nyderhalb der Chirchen, di von in und von irem Gotzhaus rechtes lehen gewesen sind, die habent sie recht und redlich ze durchslecht gefreiet und geaignet zu der vorgenannten ewigen Frühmezz, die man täglich und ewigklich habn soll ze Geyselhering in der Pfarr zu sand Peter, diselb mezz di erbarn läut Martein der Gerhart, und Margret sein Hausfrau sälige gewidempt und gestifft habent, und

auch die vorgenannt zwen Höf zu derselbn ewigen mezz umb ir aigen Gut gechauft habent, also, daz diselbn zwen höf nu hinfür pei der vorgenannten ewigen mezz ewiklich beleiben sullen, und davon nicht verchauft, noch verchumert werden in dhainer weis, also, daz si, noch all ir nachkomen auf die vorgenannten zwen höf, und waz darzu gehört, zu Veld und zu Dorf, besucht und unbesucht, darauf noch darnach dhein Lehenschaft, Ansprach, noch Voderung nicht mehr haben, noch gewinnen sullen, noch mügen weder mit geistl. noch wertlichen rechten, noch on recht, chlain noch groz, fürbaz nimmermer in dhain weis. Und zu einer Widerlegung der vorgenannten Lehenschaft und auch umb ainen ewigen Jartag, den si und all ir Nachkomen dem vorgenannten Martein dem Gerhart und Margreten seiner Hausfraun säligen järlich und ewiklich begèn sulln mit einer gesungen Vigil und Selmez nach ires Gotzhaus sit und gewonhait hat man yn vermacht und gegeben 1 tt. guter R. dl. järleichs und ewigs Geltz aus dem Werd, der gelegen ist zwischen der Mül zu Hag und dem Dorff zu Gräussing, der der Menchofer gewesen ist, und ist rechtz freyes Aigen, und ist auch zu der vorgenannten ewigen Mezz chauft worden; und daz vorgeschriben Pfunt Pfenning sull ich und ain jeder Chappellan der obgenanten Mezz, und all unser Nachkommen, oder wer den vorgenannten Werd inne hat, in und irem Gotzhaus, und allen iren Nachkomen alle Jar, järleich und ewikleich aus dem vorgenannten Werd on allen Abgankh geben je auf sand Johannstag zu Sunwenten, daz mich und einem jeden Chappellan der obgenannten Mess, oder wer den vorgenannten Werd inn hat, järleich nichtz engen, noch irren soll, noch mag dhainerlay sach, noch geprest, wie die genannt sind, nichtz ausgenomen, wan sie des an dem vorgeschriben Pfunt Pfenning järleich und ewikleich unentkolten sullen sein, trepleich on alles geverd; und welches Jars ain Chappellan, oder wer den vorgenannten Werd inn hat, daran säumig wär, so habent sie und ir Ambtläut vollen Gewalt, darumb zu pfänden, als um ander ir aygen Gült, di sie habent in der Hofmarch zu Geiselhering on geverd. Daz in und irem Gotzhaus, und allen iren Nachkomen daz alles also ewikleich stät und unzerbrochen beleib, darüber zu Urchund und Bestätichait gib ich in den brief besigelt mit des Hochwirdigen meines genädigen Herrn, Herrn Johannsen Bischofs zu Regenspurch Vicariats Insiegel, und mit des vesten Ritters Herrn Fridreich des Auär zu Prennberg d. z. Probst dez Gotzhaus zu Obermünster, und mit Herrn Otten des Ekker d. z. Pflegers zu Aeuting Insigeln, di all ire Insigel an den brief

gelegt habent nach meiner vleizzigen pet, der vorgeschriben sach zu ainer Gezeugnüzz, und zu ainer ewigen Bestätigung, in und iren Erben on schaden und unentkolten; darunder ich mich verpind mit meinen Treuen für mich, und für all mein Nachkomen kapplän der obgenannten Mess, alles das stät zuhalten, waz an dem brief verschriben ist; daher auch der brief besiegelt ist mit meinem Insigel. Daz ist geschehen am 3. Oktober, im Jahre 1402.

Tria Sigilla illaesa adpendent.

Num. MVI. 1403. 17. Martii.

Joannes Epus Ratisponensis Abbati et Conventui in Weltenburg adjudicat decimas majores et minores unacum Kirchträcht in Parochia Gecking (hodie Neustadt ad Danubium,) contra praetensiones Plebani ibidem. Data et lata est haec pronuntiatio in stuba minori novae domus Curiae nostrae Episcopalis Ratispon. anno Domini 1403. die vero 27. mensis Martii.

Mon. Boic. XIII. 420.

Num. MVII. 1403. 28. Aprilis. Ex Originali.

Joannes Epus effeudat bona in Niederachdorf, ab Ekkardo Kienberger Canonico cathedrali ad perpetuam missam in Ecclesia cathedrali destinata.

Johannes Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ratispon. universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Sane dilectus nobis in Xpo Ekhardus Chienperger Canonicus Ecclesie nostre Ratispon. cupiens terrena in celestia, et transitoria in eterna felici commercio commutare, de bonis sibi a Deo collatis quandam missam perpetuam in dicta nostra Ecclesia fundare et dotare, ac pro Sacerdote eandem missam celebraturo proventus et redditus sufficienter deputare intendit, quedamque predia sive allodia in villa Nidernachdorf nostre diocesis sita, que jure feudotario ad nos et quemlibet Epum, necnon venerabiles nostros, Capitulum Ecclesie nostre predicte pro tempore existens, pertinere dinoscuntur, a strenuo viro Petro Guster armigero dicte nostre diocesis, qui predicta predia sive feuda a nobis per annos plures habuit, tenuit et possedit libere et realiter, nostro ac predictorum fratrum nostrorum Capituli Ecclesie predicte ad hoc accedentibus voluntate et consensu

comparavit. Et cum prefatus Ekhardus dicta predia et bona in divini cultus augmentum ad prelatam missam convertere et deputare proponat, nos ea, que animarum salutem respiciunt, de facili exaudire, prefatumque Ekhardum in tam laudabili suo proposito confovere volentes bona predicta cum omnibus juribus et pertinentiis suis, nil penitus excepto, ad prefatam missam libere donamus in perpetuum et appropriamus, dictasque emptiones et venditiones hinc inde factas confirmamus per presentes. Volumus etiam et intendimus, Ekhardum prefatum, necnon fautores et gestores ac Capellanum, quem contigerit prefatam missam pro tempore celebrare, defendere et in prefatis bonis favorabiliter conservare. In cujus rei testimonium presentes nostras litteras nostri Secreti, ac dicti Capituli Sigillorum appensione dūximus roborandum. Datum Ratispone anno Domini 1403. die vero 28. mensis Aprilis.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MVIII. 1404. 23. Maii. Ex Originali.

Epi Joannis Confirmatio missae fundatae in Särching.

Johannes Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ratisponen. universis et singulis presentes litteras nostras inspecturis salutem et sinceram in Dno karitatem. Quia providus et discretus vir Conradus Durnsteter Civis Ratisponen. zelo devotionis accensus unam missam perpetuam in capella sancti Udalrici castri sui in Särching infra limites seu terminos parochie Illenchoven nostre diocesis situata, per unum idoneum sacerdotem absque prejudicio dicte parochialis Ecclesie celebrandam de bonis propriis pro suis, vivorum et defunctorum omnium suorum predecessorum remedio et salute de venerabilis Capituli nostri et plebani in Illenchoven beneplacito et voluntate ac unanimi eorum consensu sufficienter dotavit et fundavit, prout de hiis omnibus per certas litteras sigillatas plenariam recepimus informacionem, supplicans nobis prefatus Conradus Durnsteter fundator supradictus debita cum instantia, quatinus missam predictam unacum bonis infra scriptis eidem appropriatis et annexis ad perpetuam rei memoriam approbare et confirmare dignaremur. Nos igitur augmento divinorum officiorum in Domino gloriantes, supplicationibus dilectorum nobis in Xpo Conradi Durnsteter predicti, necnon Ulrici Rayd capellani ad presens dicte Capelle nobis ad ean-

dem missam presentati tanquam justis et devotis favorabiliter annuentes, dotationem, fundationem, et ordinationem ipsius misse cum bonis ejusdem factam auctoritate nostra pontificali, qua licet immeriti fungimur, approbamus, ratificamus, et in Dei nomine confirmavimus et confirmamus; prefato quoque Ulrico Rayd ipsius misse capellano de ipsa Capella ac omnibus bonis ipsi appropriatis providimus et providemus per presentium tenorem. Et ne bona ipsius misse a memoria hominum dilabantur, ea vulgari lingua litteris nostris duximus annotanda; 1.) die 2 Tail des Zehents in dem dorf zu Särching und um Särching, grosser und klainer Zehent, und was zu denselben zwai Tailen des Zehents gehört; 2.) eine halbe Hube gelegen zu Altach in der Illenchofer-Pfarr, gült järlich 12 Schilling der langen guten R. dl. und von einem klainen Lehen auf der Haid zu Särching 3 Schilling langer guter R. dl. järlichs Gelts. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre Confirmationis ausu temerario infringere vel quomodolibet contraire, prout indignationem omnipotentis Dei et censuram Ecclcam fulminandam evitare voluerit. In quorum testimonium, robur et fidem presentes litteras nostri Vicariatus et prefati venerabilis Capituli nostri Judicii Sigillorum fecimus appensione muniri. Datum Ratispone anno Domini 1404. die vero 23. mensis Maii.

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. MIX. 1405. 17. Martii. Ex Originali.

Verkauf eines Gutes zu Safs, und des Fischwassers zu Duckendorf zur Frühmefs in Schmidmühlen.

Ich Hanns Sintzenhofer an der zeit gesezzen zu Täublitz, mein eleiche hausfrau, und all mein erben und nachkhomen bekhennen offenleich mit dem prief allen den, di in ansehent oder lesent, daz wir khaufleich verkhauft haben ze durchslächt auf einen ewigen gantzen stäten khauf der frümefs ze Smidmüllen und den lieben Heiligen doselbs unser gut ze Sazz, daz an der zeit der Seidenswantz paut, und daz Vischwasser ze Tukkendorf, daz an der zeit der Reynl paut und innhat; und diselben zwai Gut haben wir in verkhauft mit allem dem, waz dazu gehört ze dorff und ze Veld, holtz, aeckher, wisen, wazzer, stockh und stain, und mit allen nützen und eren und rechten, alz wir di gehabt haben, und von unsern

Vodern an uns khomen sint, besucht und unbesucht, nichtz auzgenummen, umb 64. rheinisch Guldein, der si uns gantz und gar gewert und bezalt haben on allen abgangk und on all unsern schaden. Si habent auch vollen gewalt, ze pfenten auf dem vorgenannten Gut und Vischwazzer umb ir zins on Fronpot und on allez recht, alz oft in dez not geschiht. Wir bekhennen auch obgenannter Hanns Sintzenhofer und unser erben, daz wir di vorgenannt Frümezz ze Smidmüllen und di lieben Heiligen doselbs an den vorgenannten zwain Gütern fürpaz nicht hindern oder irren schullen in khainerlay weis weder mit recht, noch on recht, und verzeihen uns der obgenannten zwain Güter mit dem gegenwürtigen prief, wan si mit den Gütern tun und lazzen mügen, als mit andern iren aigen gütern. — Daz daz allez also stät und unzerbrochen beleib, daz an dem prief geschriben stet, dez zu einem waren Urkhund und Bestäticheit gib ich obgenannter hanns Sintzenhofer den prief für mich und mein hausfrau, und für all mein erben versigelt mit meinem eigen anhangenden Insigel, und mit dez erwergen vesten manns Hainreichs dez Wolfs Insigel von Smidmüllen, daz er daran gehangen hat zu einer gezeukhnuzz nach unser vleizziger pet willen, im selben und seinen erben on schaden. Daz ist geschehen, do man zalt nach Cristi gepurd 1405 Jar, an sand Gerdruden Tag der heiligen Iunkhfrauen.

Duo Sigilla illaesa adpendent.

Num. MX. 1407. 7 Aprilis.

Andreas Abbt des Klosters Weltenburg, und sein Convent erwägen die weite Entlegenheit der Pfarr Peuckhaim, und den grossen Gebrechen, den die erbergen Wernher Peuckhaimer und die Dorfgemeinde daselbst zeither der Gottesdienste wegen hatten, und praesentiren mit Bewilligung des Bischofes Johannsen einen selbstständigen Pfarrer, der den dritten Theil des Getreid - und Weinzehends, den gesammten kleinen Zehend, welchen Wernher Peuckhaimer vom Kloster als Leibting hatte und durch Gottes willen aufgab, ferners 2 Schaff Korn jährlich und ewiger Gült, die eben dieser Peuckhaimer aus seinem Hofe zu Peuckhaim nebst einem Weingarten zur Pfarr vermachte, geniessen soll. Uebrigens hat der Pfarrer seinen Pfarrleuten in allen geistlichen Sachen mit Kindtaufen, Beichthören, Predigen und Reichung der Sacramente vorzuseyn, wie einem frommen Priester zusteht; er soll auch häuslich auf der Pfarr zu Peuckhaim sitzen, alle Sonn - und Feyertage Mess halten, an jedem Sonntage eine Gedächtniss und an jedem Qua-

tember eine Vigil und Seelmesse für benennten Peuckhaimer begehen, alle Päbstliche und Bischöfliche Rechte selbst ausrichten, und sich einer andern Kirche oder Kaplaney nicht unterziehen. Bischof Johann, Abbt Andreas und dessen Convent siegelten. Das ist geschehen im Jahre 1407. am nächsten Pfintztag nach dem Sonntag, als man singet Quasimodo geniti.

Mon. Boic. XIII. 424.

Num. MXI. 1408. 30. Maii.

Joannes Epus Ratisponensis confirmat missam perpetuam fundatam in Ecclesia parochiali Wolnzach a militibus Thoma, Rudolpho, Heinrico et Rudolpho juniore de Preising ibidem residentibus. Simul inserti sunt redditus dictae missae appropriati. Jus patronatus permaneat apud fundatores et eorum haeredes. Actum et datum Ratisponae anno Domini 1408. penultima die mensis Maii.

Oefelii Script. rer. boic. II. 204.

Num. MXII. 1409. 5. Januarii. Ex Originali.

Institutio anniversarii in Ecclesia Pfaffmünster pro Epo Ratispon. Joanne.

Eberhardus Heilingsteter decanus totumque Capitulum Ecclie sancti Tiburtii Monachorum (Pfaffmünster) Ratispon. diocesis notum facimus universis presentibus et futuris, presentes litteras inspecturis, quod Reverendus in Xpo pater et dnus, dnus Johannes dei et apostolice Sedis gratia Epus Ratispon. princeps magnificus et benignus, dnus noster gratiosus nobis et Ecclie nostre quedam certa statuta per nos edita et concepta pro reformatione et consumatione fabrice et edificiorum Ecclie nostre predicte, que pluribus in locis ruinam patitur et de die in diem obrui et cadere timetur, necnon pro reparatione et augmentatione ornamentorum ad divinum obsequium et decorem domus dei spectantium paternaliter et gratiose dei ac precum nostrarum intuitu confirmavit, prout in litteris suis sigillatis desuper confectis patet evidenter, pro quo paternitati sue Reverende ad perpetuas et condignas tenemur gratiarum actiones. Unde ut tanti patris et conservatoris nostri pro hmoi gratia nobis et dicte Ecclie nostre facta jugis memoria preter eterne retributionis meritum in nostra Ecclia predicta habeatur, festum beati Petri apostoli patro-

ni Ecclie sue Ratispon. in crastino beati Udalrici Epi, ad quod festum ipse dnus noster Epus supradictus specialem gerit devotionis affectum, cum pleno officio et omni solemnitate in nostra Ecclesia prenotata instituimus ad totum tempus vite sue singulis annis celebrandum. Sed postquam idem Pontifex dnus noster supradictus debitum nature persolverit, ex tunc idem festum mutabitur in anniversarium ipsius cum quatuor candelis accensis in vigiliis et in missa, ac cum pulsu, uti pro Pontificibus defunctis in Ecclesia nostra predicta peragi consuetum est, annuis temporibus perpetuo celebrandum sub pena solutionis unius libre denar. Ratispon. ad fabricam Ecclie Ratispon. quam pecuniam in nos sponte et voluntarie recepimus et recipimus per presentes persolvendam, quocunque anno premissa festum aut anniversarium debita reverentia et devotione, qua decet, non perageremus, ut prefertur, cum effectu. In quorum testimonium presentes litteras Sigillo nostro capitulari duximus roborandas. Datum in Ecclia nostra supradicta anno dni 1409. in Vigilia Epiphanie Domini.

Sigillum integrum adpendet, sanctum Tiburtium repraesentans.

Num. MXIII. 1410. 14. Aprilis. Ex Originali.

Meister Hanns der Zinngiesser, Bürger zu Regensburg macht mit dem Collegiatkapitel zur alten Kapelle einen Vertrag, mittels dessen er gelobt, das bleierne Dach *) ihres Gotteshauses inner Jah-

*) Im Jahre 1429. am Samstag vor St. Thomas Tag reversirt sich Meister Simon Utershauser, Orgelmacher und Bürger zu Gmünd, das ihm verdingte Bleidach zur alten Kapelle inner Jahresfrist auszubessern, und die Werkmeister der Stadt Regensburg sollen dann nach vorgenommener Beschau seinen Lohn bestimmen. Später im Jahr 1474. am Sonntag nach Egidi reversirt sich Conrad Hafs, Zinngiesser in Regensburg, das Dach der bemeldten Stiftkirche — welches ganz von Blei gedeckt ist, — abzutragen und selbes wieder neu zu decken. Das Kapitel verspricht Blei, Zinn, Kohlen und Nägel herbeizuschaffen, und dem Zinngiesser als Arbeitslohn 22 tt. und dessen Gattin 1/2 tt. R. dl. zu geben. Hieraus ersieht man, dafs in den Vorzeiten die Bleidächer der Kirchen gewöhnlich, zugleich einer öftern Reparatur bedürftig waren.

resfrist auszubessern, dafs es wieder ganz und recht werde, selbes zu bewahren, solang er lebt, und allzeit auf eigene Kösten den Zeuch, nähmlich Blei, Zinn, Eisen, Nägel, Seil und Gerüst herbeizuschaffen. Entgegen verspricht das Kapitel, ihm jährlich auf seine Lebenstage 2 tt. R. dl. zu verreichen. Peter der Mäller, Schultheifs in Regensburg siegelte. Datum an St. Tiburtii und Valerians Tag.

Sigillum adpendet.

Num. MXIV. 1411. 4. Sept. Ex Originali.

Erectio Parochiae in Prennberg, antehac filialis ad Parochiam in Werd.

Ich Fridreich, ich Görg, ich Erasm, ich Sweiker, und ich Peter die Auär zu Prennberg verjehen und bechennen offenlich mit dem brief für uns und für all unser erben und nachkomen, das der erberg Herr, Herr Hainreich Engel, Pfarrer zu Werd mit veraintem Rat und mit Willen, Wissen und Gunst der Erwürdigen unser lieben Herren vom Capitel des Tums zu Regenspurg, di der ègenannten Chirchen Werd Lehenherren sind, seinen Willen und Gunst darzu gegeben hat, das man nu hinfür ewikleich di Zukirchen zu Prennberg, di zu Werd gehört, mit Besingen, mit Begrebnüss und mit allen Gotsrechten zu raichen, mit allen sachen, nichts ausgenommen, verwesen soll als aine rechte Zupfarr - Kirchen, und es sol auch darzu gehören, was enhalb der Wisen gein Prennberg wertz gelegen ist on Gevär in solcher Beschaiden, daz er und sein Nachkomen, wer je dann Pfarrer zu Werd ist, diselbe Zupfarr - Kirchen zu Prennberg allzeit mit einem erbern Priester, der im und seinen Nachkomen darzu gevelt, besetzen sol, als oft des Not geschiht, daz si daran Niemand engen, noch iren sol. Es sol auch ain jeder Pfarrer, der je dann zu Prennberg ist, gein Werd järlich dienen und geben 3 tt. guter R. dl. und ain Pfarrer zu Rötenpach, di auch aine Zupfarr gein Werd ist, järlich dienen und geben 2 tt. guter R. dl. was auch hinfür auf di égenannten zwai Zupfarr - Kirchen zu Prennberg und zu Rötenpach Steur gelegt wirt von Pabsten oder von Bischoven, oder von wem das geschäch, das sol jeder Zupfarrer für sich selben ausrichten nach Anzahl der Gült und Zins, di si raichen sullen gein Werd, als dann ir jeder für sich selben hat on Geverd. Es schol auch ein jeder Pfarrer zu Prennberg, der je dann ist, in unserm und in unser erben schutz und

scherm sein in aller Weis, als ein Pfarrer zu Rötenpach in schutz und scherm ist der Herrschaft zu Valkhenstain. Es hat auch der vorgenannt Pfarrer zu Werd und sein Nachkomen vollen gewalt, die ègenannten zwai Zupfarr - Kirchen Prennberg und Rötenpach, die Gült, di zu inen paiden gehört, zu minnern und zu meren nach irem Willen, das in und sein Nachkomen daran Niemand engen, noch iren sol weder chlain, noch gros in dhainer Weis. Daz daz alles also ewiklich stät und unverrukt beleib, darüber zu Urkund und zu ainer Bestätichait geben wir den brief besigelten wir obgenannte, ich Fridreich, ich Görg und ich Sweiker die Auär mit unser aller anhangenden Insigeln für uns und für all unser Erben und Nachkomen. So verjehen wir obgenannte ich Erasm und ich Peter die Auär, das wir zu den Zeiten nicht begrabner Insigel gehabt haben, und verpinden uns under die drei vorgenannten Insigel mit unsern Treuen, mit sampt in alles das stät zu haben, was an den Brief verschriben ist. Das ist geschehen, do man zalt von Christi gepurt 1411 Jar, des Freitags vor unser Frauen Tag, als si geborn ward.

Tria Sigilla, quodvis cum tribus flammis, illaesa adpendent.

Num. MXV. 1412. 1. Febr. Ex Originali.

Der Auer Vermächtnifs des Zünnthofes zur Pfarr Prennberg.

Ich Fridreich Auär zu Prennberg, ich Erasm und ich Peter di Auär paide sein Sün, unser Hausfraun und all unser erben und nachkomen verjehen und tun chunt offenlich mit dem brief allen den, di in ansehent oder hörent lesen, das wir mit verainten guten Willen unsern aigen Hof gelegen zu Prennberg auf dem Weyär, genannt der Zünnthof, und was darzu gehört zu Veld und zu Dorf, und mit allen eren, rechten, nutzen und Gülten, als wir in selben inngehabt und genossen haben, nichts ausgenommen, besucht und unbesucht, läuterlich durch Got und das Hail unser und unser Vorvodern Sel willen recht und redlich gegeben und vermacht haben, geben und vermachen in auch mit dem gegenwürtigen brief zu der pfarr gein Prennberg also, das er ewikleich dapei bleiben soll unverchauft und unverchümert, und es sol auch ain jeder pfarrer zu Prennberg, der je dann ist und wirt, denselben Hof mit aller Zugehörung innhaben, niessen und nützen, das wir, noch anders Niemand von unsern wegen in daran nicht engen, noch irren suln, noch

enwellen, weder chlain noch gros in dhainer Weis. Wir verzeihen uns auch des vorgenannten Hofs mit aller Zugehörung zu durchslecht mit dem brief, das wir, noch alle unser erben und naobkomen darauf noch darnach dhain Ansprach, noch Voderung nicht mer haben sullen, noch enmügen weder mit gaistlichen, noch werltlichen rechten, noch on recht, chlain noch gros, noch anders Niemand von unsern wegen in dhainer Weis. Es schol auch ain pfarrer zu Prennberg und seine nachkomen, wer je dann pfarrer zu Prennberg ist, in unser und unser Nachkomen schutz und scherm sein in aller Weis, als ain pfarrer zu Rötenpach in der Herrschaft zu Valkenstain in schutz und scherm ist, treulichen on alles Geverd. Daz das alles also ewikleich stät und unzerbrochen beleib, zu Urkund und bestäntkeit geben wir den brief besigelten, ich obgenannter Fridreich Auär mit meinem anhangenden Insigel für mich, für mein Hausfrau, und für all unser erben und nachkomen, und darzu mit des vesten Ritters, unsers lieben Vettern herrn Georgen des Auärs zu Prennberg Insigel, das er an den brief gelegt hat nach unser vleizzigen Pet, der sach zu einem Gezeugnifs, im und seinen erben on schaden und unenkolten; so bekennen wir obgenannte, ich Erasm und ich Peter di Auär, das wir zu den Zeiten nicht begraben Insigel gehabt haben, und verpinden uns under di vorgenannten zwai Insigel, mit unsern Treuen stät zu halten, was an dem brief verschriben ist. Das ist geschehen nach Christi Gepurt in dem 1412. Jar, an unser Frauenabent zu Liechtmefs.

Duo Sigilla cum 3. flammis adpendent.

Num. MXVI. 1412. 14. Nov. Ex Originali.

Epi Alberti Indulgentiae concessae fraternitati Vicariorum in Ecclesia cathedrali.

Albertus Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ratispon. universis et singulis Xpi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, cum infrascriptorum notitiá salutem in Domino sempiternam. Quamquam piorum actuum profectibus salubribus ex nostri pastoralis officii debito vacare et intendere teneamur, magis tamen obnixi illis esse volumus et tenemur, qui ob salutem animarum suarum, ac omnium fidelium defunctorum bona sua temporalia in spiritualia, et transitoria in eterna commutant et commutare intendunt, presumentes dictum Apostoli dicentis: „Omnes stabimus ante tribunal Xpi

recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum.“ Oportet nos igitur diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, et etiam Altissimo fore gratum procul dubio arbitramur, ac nos eterne retributionis premium promereri, dum mentes fidelium ad hmoi pia caritatis opera, per que felicitatis regnum acquiritur, devotis hortationibus excitamus. Cum itaque confratres fraternitatis majorum et minorum Vicariorum et Altaristarum Ecclesie nostre Ratispon. (1378. erectae) sancti Spiritus, qui ubi vult spirat, cooperante gratia bona temporalia in spiritualia, et transitoria in eterna commutarunt, qui etiam jugiter Deo servientes in ejus Ecclesia fructum sibi afferunt oportunum, volentes igitur eisdem gratiam facere specialem et eos in eorum salubri confovere proposito, ut pro vivorum et mortuorum benefactorum suorum eo frequentius et devotius virtutum Dno possint et valeant famulari, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictorum confratrum fraternitati se ingesserint, aut convocationi eorundem totiens, quotiens hoc fieri contigerit, signanter in missis et vigiliis devote interfuerint, ibique omnipotenti Deo, gloriose Virgini Marie, ac Sanctis et Electis ejus vota sua et orationes pro fidelibus vivis et defunctis devote persolverint, aut quotienscunque fidelis quisquis de bonis sibi a Deo collatis ad luminaria, ornatus cultui divino deputandos, et ad alia dicte fraternitatis necessaria manus suas porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus confisi suffragiis, 40. dies indulgentiarum de thesauro Xpi pie nobis credito de injunctis sibi penitentiis misericorditer in Dno plena cum fiducia relaxamus. Ceterum desiderio divine remunerationis invitamur, ut animarum salutem et quietem modis omnibus, quibus possumus et valemus et quantum nobis ab Alto conceditur, fovere studeamus; igitur confratrum dicte fraternitatis ordinationes et Statuta hactenus per Reverendos in Xpo patres et dnos, dnum Conradum et dnum Johannem felicis memorie predecessores nostros roborata et confirmata in Dei nomine innovamus, ratificamus, approbamus et confirmamus, ac rata, approbata, et confirmata perpetuis temporibus auctoritate nostra Ordinaria esse volumus, harum testimonio litterarum Sigilli nostri appensione roboratarum. Datum Ratispone 14 mensis Novembris, anno Dni 1412.

Sigillum Epi laesum appendet, cum Scutulo dnorum de Stauf ab Ernvels.

Num. MXVII. 1413. 3. Aprilis. Ex Originali.

Albertus Epus Ratispon. auctoritate Ordinaria adprobat et confirmat unionem et incorporationem parochialium Ecclesiarum in **Kirchdorf** et **Niederhöcking** factam per summum Pontificem Bonifacium IX. Parthenoni sancti Pauli Ratispon. Ad illas tamen semper per abbatissam et Conventum sancti Pauli Ordinario praesententur Sacerdotes saeculares idonei tanquam Vicarii perpetui; ille de Niederhöcking 2 1/2 tt. et iste de Kirchdorf 8 tt. et pro advocatia 1/2 tt. denar. Ratispon. in omnem eventum nomine pensionis annuatim dicto Monasterio solvant, jura papalia, Episcopalia, procurationes et steuras pariter persolvant sine omni contradictione, ac capitula decanorum visitent, mandatisque ipsorum fideliter obediant. Datum Ratisponae die 3. mensis Aprilis, anno Domini 1413.

Sigillum Epi adpendet.

Num. MXVIII. 1414. 25. Octobr.

Albertus Epus Ratisponensis confirmat missam fundatam in Coemeterio parochialis Ecclesiae in **Hagenhil** ab armigeris Casparo et Erasmo Geben fratribus. Redditus ejusdem annotantur, et Capellano sua Officia praescribuntur. Jus patronatus permaneat fundatoribus et eorum Successoribus masculini generis, quibus decedentibus devolvatur ad Collegiatam in **Essing**. Datum Ratisponae anno Domini 1414. die vero 25. mensis Octobris.

Hundi Metrop. II. 204. *Edit. Ratisbon.*

Num. MXIX. 1415. 10. Januarii. Ex Originali.

Mundiburdium Regium concessum Epo, Capitulo, Monasteriis ac universo Clero Civitatis et Dioecesis Ratisbon.

Confer. supra Num. 351. *et Num.* 384.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi Romane Regie dignitatis generosa sublimitas erga ecclesiasticarum personarum Status pacifici et tranquille vite tuitionem continuis pungatur suspiriis et regali favore excitetur, ad illorum tamen uberiora commoda promovenda, libertates defensandas, jura tuenda, indulta amplianda, privilegia roboranda, nunc novas gratias

ipsas largiendo, nuncque veteres innovando nostre Majestatis pio respectu versatur intentio, ut tandem sub felicis nostri Regiminis tutamine Eccliarum ministri vota reddant Altissimo et creatorem nostrum pro populo placare videantur. Sane per venerabilem Albertum Epum Ratispon. Principem, consiliarium, devotum nostrum dilectum nobis oblata petitio continebat, quatinus sibi ac honorabilibus Preposito, Decano et Capitulo singulisque Canonicis et personis Ecclie Ratispon. totique Clero Secularium et Religiosorum utriusque Sexus personarum intra Civitatem Ratisponen. et extra positorum communiter et divisim, ac Successoribus eorundem universa et singula privilegia, litteras, gratias, libertates, jura et indulta, que et quas a summis Pontificibus et a divis Romanorum Imperatoribus et Regibus, predecessoribus nostris super quibuscunque rebus, juribus et consuetudinibus seu etiam a Principibus ecclcis et secularibus quibuscunque obtinuisse noscuntur, ipsis Epo, Preposito, Decano et Capitulo ac Clero predictis et eorum antecessoribus data, concessa, datas et concessas ratificare, approbare, innovare, de novo concedere, prout jacent, et confirmare dignaremur. Nos vero prefatorum Alberti consiliarii nostri, nec non antecessorum suorum quondam Eporum, ac Prepositi, Decani et Capituli, singulorumque Canonicorum et personarum Ecclcarum generaliter tam Secularium, quam Religiosorum utriusque Sexus Civitatis et Diocesis Ratispon. supradicte virtuose devotionis insignia, aliaque multiplicia probitatis et virtutum merita, quibus celsitudinem nostram et sacrum Romanum Imperium hactenus studuerunt pre ceteris attenta diligentia venerari, clare mentis oculis nostre intuentes ipsorum supplicationibus favorabiliter inclinati, presertim cum hmoi supplicatio de fonte scaturiat rationis, et quod etiam justa petentibus non est denegandus assensus, prefatis Alberto Epo, nec non Preposito, Decano et Capitulo singulisque Canonicis et personis supradictis Ecclie Ratispon. totique Clero et Ecclesiasticis tam Secularibus, quam Religiosis utriusque Sexus personis universis Civitatis et dioc. Ratispon. ac Successoribus eorundem in perpetuum pro nobis nostrisque Successoribus Romanorum Imperatoribus et Regibus universa et singula privilegia, litteras, libertates, gratias, emunitates et indulta, que seu quas communiter vel divisim a sanctissimis Romanorum Pontificibus, ac a divis Romanorum Imperatoribus sive Regibus predecessoribus nostris, ac ab aliis Principibus et personis ecclcis vel secularibus quibuscunque rite obtinuerunt, in omnibus suis articulis, continentiis et tenoribus, sententiis, clausulis et penis, ut scripta seu scripte sunt, ac si omnia per tenores ipsorum presen-

tibus specifice forent inserta, et etiam si de hiis jure vel consuetudine fieri deberet mentio specialis, nec non alia eorundem judicia criminalia vel civilia, alta et bassa, jura |quecunque, emunitates, libertates, gratias et consuetudines, nec non usus, honores et observantias eorundem intra Civitatem Ratispon. et extra, et quicquid in presenti obtinent vel possident, seu quasi ac in futurum justis et rationabilibus modis ac veris titulis prestante Domino poterunt adipisci, animo deliberato non per errorem aut improvide, sed de conscientia nostra certa, sano etiam et maturo Principum, Comitum et Baronum nostrorum, Imperiique sacri super eo accedente consilio et assensu approbamus, ratificamus, innovamus, de novo concedimus et auctoritate Regia Romana ac de plenitudine Romane Regie potestatis nostre,. nostris et Imperii sacri Juribus semper salvis, gratiosius confirmamus, ac edictali lege adinstar divorum predecessorum Nostrorum Romanorum Imperatorum et Regum irritamus et precipimus irrita nuntiari omnia statuta et consuetudines, que civitates vel loca, consules vel quecunque alie persone contra libertates predicte Ecclie ac personas ecclcas edere vel servare temptaverunt adversus canonicas et imperiales sanctiones, et ea ex capitularibus suis mandàmus infra duos menses post hmoi publicationem edicti penitus aboleri, et si de cetero similia attemptaverint, ipso jure decernimus esse nulla, et eos sua jurisdictione privatos, nec non locum, ubi deinceps talia presumpta fuerint, banno mille marcarum precipimus subjacere, potestates vero, consules, Rectores statutarii et scriptores dictorum statutorum, nec non Consiliarii ipsorum locorum et qui secundum statuta et consuetudines memoratas judicaverint, sint ex tunc ipso jure infames, in contrarium judicantium sententias et actus alios legitimos de facto attemptatos statuimus aliquatenus non tenere. Qui si per annum hmoi Imperialis Constitutionis inventi fuerint contemptores, bona eorum per cunctas provincias mandamus ab omnibus impune occupari, salvis nichilominus penis contra tales in generali Concilio promulgatis. Item quod nulla communitas vel persona publica aut privata collectas sive exactiones, angarias vel perangarias Ecclesiis, aliisque piis locis aut ecclcis personis temere imponant aut ecclca bona invadere presumant, quod si fecerint, et requisiti ab Ecclia vel Imperio emendare contempserint, penam suprascriptam incurrant ipso facto, et nichilominus banno imperiali subjaceant, que absque satisfactione debita nullatenus remittatur. Item quecunque communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem Ecclie facta perstiterit, ipso jure banno

*) Am 24 April 1457. ward er Canonicus zur alten Kapelle, am 3. October 1462. Decan dieses Stiftes, und am 31 Dec. 1467. wurde ihm durch einen Capitular - Schlufs der Chorherren die Pfarr St. Cassian verliehen. Er versah die Pfarr und das Decanat bis zu seinem Tode, der am 2. December 1490. erfolgte. Von ihm sind noch kurze Notizen über Präbenden - und Pfarrverleihungen vom Jahre 1462. bis 1487. vorhanden, worin auch zwei allgemeine Reichstage von den Jahren 1469. und 1471. endlich ein bairischer

zugleich zu seiner, seiner Vorfahren und Wohlthäter, auch aller Gläubigen Seelenruh eine ewige Messe in der Pfarrkirche zu St. Cassian auf dem neuen, von ihm erbauten St. Erasmus Altar, und verordnet, dafs 1.) der Kaplan dieses Altars an allen Sonn - und Feyertägen unter dem Pfarramte, an jedem Mondtag, Donnerstag und Samstag aber unter der Pfarrmesse das heilige Mefsopfer entrichten soll, 2.) an des Stifters Jahrtage hat der Kaplan die Obliegenheit, 10 Messen in St. Cassian, und 5 Messen in der alten Kapelle zu besorgen, 3.) Von den Pfarr - Rechten und Opfern soll er nichts entziehen, sondern dem Pfarrer gehorsam sein, und ihm mit Singen in dem Chor aushelfen; von jeder Vigil hat ihm aber der Pfarrer 2 dl. zu geben. Die Dotation besteht jährlich in 20 fl. welche die Bürger der Stadt Sulzbach zu entrichen haben, in 4 1/2 tt. R. dl. aus des Sittauers Haus und Weingärten, aus 1 Schaff Weitz in Hachelstat und 60 R. dl. aus einem Hause in Abach; das Patronatsrecht soll bei dem Kapitel der alten Kapelle verbleiben. Der Stifter und sein Kapitel siegelten. Am nämlichen Tage bestättigt Bischof Heinrich obige fundation, und erhebt selbe zu einem ewigen Beneficium, gebiethet zugleich, dafs der Stiftung zu ewigen Zeiten pünktlich nachgelebt, und von der Dotation nichts veräussert werde. Datum, ut supra.

Tria Sigilla adpendent, a.) Vicariatus, b.) Capituli veteris Capellae, c.) Joannis Hayden.

Num. MCX. 1479. 6. Februarii.

Henricus Epus Ratisponensis renuntiat liti habitae cum Duce Bavariae Alberto ob jus patronatus ad Parochiam Lintkirchen, et concedit, quod Dux et sui Successores dicto jure in posterum libere uti possint, salva tamen canonica Investitura ad praedictam Parochiam Epo competente. Datum Ratisponae 6. mensis Februarii, anno Domini 1479.

Hundii Metrop. I. 182. Edit. Ratisbon.

Fürstentag gegen den Einhornbund der bair'schen Edelleute vom Jahre 1467, berührt werden. Er war ein sehr fleissiger, zugleich sehr bescheidener Mann, und es ist zu vermuthen, dafs er noch andere Handschriften, besonders in Bezug auf die Pfarr St. Cafsian hinterlassen habe, die aber verloren gegangen sind.

Num. MCXI. 1479. 22. Dec. Ex Originali.

Confirmatio Eplis missae hebdomadalis et anniversarii in Ecclia cathedrali fundati a Conrado Sinzenhofer Vicario generali Ratisbon.

Heinricus dei et apostolice Sedis gratia Episcopus Ratispon. universis et singulis Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in domino sempiternam, ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii sollicitudo nos hortatur et admonet, ut ea, que zelo devotionis pro divini cultus augmento et presertim pro missarum celebratione fiunt, pia prosecutione et votivo animo amplectamur; in hiis etenim memoria dominice passionis recolitur, Christus ipse sumitur, et pro fidelium omnium tam vivorum, quam mortuorum salute immolatur assidue hostia salutaris. Sane venerabilis nobis in Xpo sincere dilectus dnus Conradus Sintzenhofer decretorum licentiatus, Canonicus ac in spiritualibus Vicarius noster generalis nobis sua petitione monstravit, quod ipse zelo devotionis accensus, pia mente revolvens, quod morte nil certius et nihil incertius hora mortis existat, quoniam plurimi, cum se stare credant, repentine mortis eventu de medio subtrahuntur, nec hominem nisi opera sua, sive bona sive mala fuerint, subsequuntur; volens propterea eternorum intuitu id seminare in terris, quod fructu multiplicato recolligere valeat in celis, ad laudem et gloriam sancte et individue Trinitatis ac beatissime Virginis Marie, nec non ob salutem et remedium animarum sue, parentum, progenitorum et Successorum suorum omniumque fidelium defunctorum unam missam ebdomadalem in altari sci Bartholomei Ecclesie nre qualibet feria sexta de dni nri Jesu Christi passione, legitimo cessante impedimento, alioquin altera die ejusdem Septimane per Capellanum dicti altaris pro tempore existentem celebrandam, ac anniversarium in dicta Ecclesia secundum consuetudinem hactenus introductam qualibet secunda feria post dominicam Invocavit peragendum de nocte cum Vigiliis et altero die cum Officio defunctorum fundaverit, quodque in dotem hmoi fundationis tres scaffas siliginis et unam libram denar. Ratispon. annui et perpetui Census ex Curia quadam dicta Harhof ipsi Capellano et suis Successoribus perpetuis futuris temporibus assignaverit et appropriaverit, prout hec et alia in litteris fundationis et dotationis desuper confectis, Sigillisque prefati dni Conradi, Friderici et Udalrici Sinzenhofer appendentibus sigillatis coram nobis exhibitis et productis, quas aput presentes (litteras Confirmationis) servari volumus, vidimus plenius contineri.

Quare pro parte dicti dni Conradi Vicarii nri nobis fuit cum instantia debita supplicatum, quatenus fundationi et dotationi predictis robur Confirmationis adiicere, illasque admittere, approbare et ratificare auctoritate nra Ordinaria dignaremur: Nos igitur, qui divinum cultum nris temporibus intensis desideriis adaugeri cupimus, laudabilemque ipsius Conradi intentionem grato affectu amplectentes et in dno commendantes, ipsumque in suo laudabili proposito confovere cupientes, predictas fundationem, erectionem et dotationem, prout eas rite ac rationabiliter factas reperimus, auctoritate nostra Ordinaria admittimus, approbamus et in dei nomine confirmamus presentium per tenorem, volentes, quod omnia et singula circa fundationem et dotationem predictas ordinata cum omnibus modificationibus, conditionibus, oneribus et penis in litteris fundationis descriptis et expressis, perpetuo gaudeant roboris firmitate. Prohibemus igitur sub in terminatione districti judicii et maledictionis eterne, ne quisquam contra premissa vel ipsorum aliquod facere aut venire, seu ipsa ausu temerario infringere sive violare, aut de bonis jam donatis sive in posterum donandis contra formam fundationis quicquam distrahere aut alienare quoquo modo presumat sub gravissima omnipotentis dei ultione sacrorumque Canonum penarum formidine durissima. In quorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri, Sigillique officii Vicariatus nri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone die 22. mensis Decembris, anno a nativitate domini 1479.

Sigillum Vicariatus appendet.

Num. MCXII. 1480. 9. Junii. Ex Originali.

Henricus Epus Ratispon. ad preces abbatis Johannis et Conventus monasterii sancti Emmerami Ord. sancti Benedicti Ratispon. Parochiam seu Praepositurarn **Boehmischbruck** unit, annectit ac incorporat cum omnibus et singulis suis fructibus, redditibus, proventibus et juribus, reservata tamen portione congrua pro futuro Vicario ibidem instituendo, ex qua congrue sustentari, Episcopalia jura solvere ac alia ipsi Praepositurae incumbentia onera valeat supportare, proviso tamen, quod dicta Parochia seu Praepositura debitis propterea non fraudetur obsequiis, et animarum cura nullatenus negligatur. „In quorum fidem et testimonium praesentes litteras exinde fieri, nostrique pontificalis jussimus et fecimus, necnon Capituli nostri Sigillorum appensionibus communiri. Datum et actum Ratisponae in Curia

nostra Episcopali sub anno a nativitate Domini 1480. Indict. XIII. die vero Veneris nona mensis Junii, Pontificatus ssmi in Christo Patris et Dni nostri Sixti Papae IV. anno nono."

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. MCXIII. 1481. 10. Januarii. Ex Diplomatario.

Leonhard der Seyboldstorfer zu Ritterswerd nebst Margareth seiner ehelichen Hausfrau stiftet mit Einstimmung des Erhard Kolb Dekans und Pfarrers in Geisenfeld eine ewige Messe in der Schloſskapelle zu Ritterswerd, und widmet dazu einen Hof im Dorfe Zell, einen Hof in Oberzell, einen Hof in Rotteneck und einen in Kleinmünster, ein Gut zu Hardt nebst einigen Häusern und Hofstätten in Geisenfeld und Zell. Die Lehenschaft dieser Messe bleibe bey den Besitzern des Schlosses Ritterswerd, und der Kaplan soll in jeder Woche 5. Messen lesen, und zu heiligen Zeiten in der Pfarrkirche zu Geisenfeld mit dem Pfarrer zu Chor stehen. Der Stifter siegelte. Gegeben am Mittwoch nach St. Erhardstag des heiligen Bischofes, als man zählt nach Christi unsers lieben Herrn Geburt 1481 Jahre.

Bischof Heinrich hat im nämlichen Jahre obige Stiftung bestättigt.

Num. MCXIV. 1482. 17. Octobris. Ex Originali.

Joannes de Trebra Decretorum doctor, Canonicus et Vicarius Ratispon. in spiritualibus generalis confirmat missam perpetuam, quam anno 1480. Anna, relicta vidua Alberti Heupel civis Ambergae, ibidem in altari B. V. M. in Ecclesia parochiali sancti Martini a parte posteriori et manu sinistra juxta portam in honorem B. V. M. ac sancti Urbani dedicato, vulgariter der Weinzierl-Bruderschaftsaltar nuncupato fundavit. Datum Ratisponae die 17. mensis Octobris, anno a nativitate Domini 1482.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCXV. 1483. 3. Novembris. Ex Originali.

Confirmatio Episcopalis Beneficii ad sanctum Kilianum Ratisbonae a Conrado Onsorg fundati.

Nos Heinricus dei gra Epus Ratispon. universis et singulis Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in Domino sempiternam.

Piis petentium desideriis benignum nos convenit adhibere consensum, ut, dum illorum pia opera prosequimur, premiorum etiam suorum participes fieri mereamur. Dudum missa ebdomadalis perpetua capelle sancti Kiliani Civitatis Ratisponensis per venerabilem bone memorie dnum Conradum Onsorg in decretis Licentiatum, tunc Canonicum Ecclesie nostre Ratisponensis omnibus diebus dominicis in eadem celebranda fundata, meminimus eandem de anno dni 1481. in Vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum gloriosissimorum sub ac cum fructibus, redditibus et censibus confirmasse sequentibus, videlicet ex curia officii appellata Ambthof, seu verius juribus super eadem vulgariter Erbrechten juxta Ecclesiam parochialem in Talmäſsing unacum coherentiis, pertinentiis et prediis suis urbanis et rusticis, quam nunc Conradus Amann jure emphiteotico colit et possidet, unam scaffam tritici, item ex domo seu area et ortis confinantibus ad domum Marquardi Vorster, nec non ex Vinea juxta Villam Ortt, cujus fines tangunt vineam Ulrici Mathes, apellata Putzner in loco dicto Niderfraureut, et ex Vinea beate Virginis in Ortt unacum agro ad ipsam pertinente, que quidem ad Martinum Brobst in Ortt et Barbaram uxorem suam spectant atque pertinent; item ex domo et fundo in Tegernheim, quam Georgius Rauber inhabitat, et ex agro suo in campo a tergo domus predicte, prout itur ad Thumstauf, et ex omnibus pertinentiis eorundem 60 denarios Ratisponen. ipsisque redditibus et censibus hmoi prememorata missa ut prefertur dotata, jus patronatus seu presentandi ejusdem dilecto in Xpo dno Udalrico Onsorg Canonico Ecclesie veteris Capelle Ratispone fratri dicti dni Conradi de illius consensu et voluntate ad vitam suam duntaxat, et post ejus obitum deinceps possessori domus Capelle predicte perpetuis futuris temporibus reservasse. Et quoniam missa Capelle beati Kiliani sic instituta et confirmata honorabili dno Petro Mayer ad presentationem dicti dni Udalrici collata noscitur, idemque dnus Petrus ex singulari attentione et devotione, quam ad intemeratam Dei genitricem in eodem loco generose et venerabiliter subvenientem atque immorantem speciali zelo et fervore accensus permotusque existit, ad divinum cultum ibidem augmentandum, et beneficio misse hujus adhuc exigue provise ac dotate ulterius providendi; ad laudem igitur et honorem omnipotentis Dei, et dicte sue integerrime genitricis Virginis Marie, sanctique Kiliani, et Sanctorum ejus obtulit se coram nobis ad assignandum et donandum ad prefatam missam de suis facultatibus et redditibus propriis unam scaffam tritici et unam scaffam siliginis annuas, quas quidem a Michaele Krie-

ger in Malgofsing et Agnete uxore ipsius legitima in et ex prediis liberis comparavit, sequentibus videlicet, ex 4. agris, quorum unus contiguus est fovee appellate die Laimgrube, alter juxta Anwanten auf dem Mülwege, tertius in campo superiori in valle, vulgariter am Obernvelde im Grunde, quartus in eodem campo am Anwanter, et ex diurnali prati appellati die Oberndorfferin in der Nideraue, et ex dimidio diurnali pratorum ibidem, ita tamen sub his modo et forma jam dicta jura et census ad ipsam missam conferendo, quod deinceps et in futurum perpetuis temporibus in capella sancti Kiliani suprafata die Sabbati una missa annua ultra missam dominicalem predictam etiam legatur et peragatur, quodque eandem missam Sabbatinam idem Sacerdos seu Capellanus, ut prefertur, ad dominicalem institutus seu instituendus etiam legat, et censeatur unum duntaxat beneficium seu missa perpetua, feceruntque nobis idem Petrus unacum dicto dno Ulrico supplicari humillime, quatenus premissam donationem acceptam, utramque missam perpetuis temporibus celebrandam, ut prefertur, confirmare atque in unum beneficium sub pristino jure, presertim et quoad possessorem domus duntaxat presentandi redigere curaremus. Nos itaque Heinricus Epus prelibatus illud justum fore pro divini cultus augmentatione, ad officiumque nostrum pertinere existimantes, prefatam donationem admittimus, approbamus et unacum dictis missis ex certa Scientia confirmamus, volentes atque confirmando constituentes utramque missam tam dominicalem, quam Sabbatinam per Capellanum seu altaristam dnum Petrum predictum et ejus Successores in Capella predicta perpetuis futuris temporibus celebrari, ipsamque fieri, ut superius est expressum, inhibentes in virtute obedientie et sub interminatione maledictionis eterne, ne quis ea audeat infringere aut eis ausu temerario contravenire. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri, Sigillique Officii Vicariatus nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone tertia die mensis Novembris anno a nativitate Domini 1483.

Sigillum Vicariatus cum S. Petro in navicula adpendet.

Num. MCXVI. 1484. 8. Februarii. Ex Originali.

Concordia de tuenda libertate Ecclca etc.

Nos Franciscus prepositus, Johannes decanus, et totum Capitulum Ecclie Ratisponen. Johannes sancti Emmerami, David sancti Jacobi Monasteriorum abbates, Agnes inferioris, Sibilla superioris, Anna sancti Pauli Monasteriorum abbatisse, Johannes veteris Capelle, Michael sancti Johannis Ecclesiarum decani, Capitula et Conventus Eccliarum et Monasteriorum eorundem, Conradus commendator sci Leonardi, plebani, chorivicarii, capellani, altariste et beneficiati Civitatis Ratispon. fatemur et recognoscimus sub tenore presentium, quod, quia inter nos ex una, ac consules, proconsules et cives ejusdem Civitatis Ratisponensis de et super tuenda et conservanda libertate Ecclca, juribusque, privilegiis, et hactenus observatis rationabilibus consuetudinibus defendendis, et signanter de et super venditione vinorum ad Ecclias et beneficia nra pertinentium, vini et cerevisie sine dacia introductione seu in foro dicte Civitatis emptione, molitorum nimia exactione, cerevisie pro usu Cleri confectione, legatorum et donationum ad pios usus prohibitione, Censuum etiam et bonorum immobilium pro Eccliis emptione, ac tandem de et super Jurisdictione Ecclca et causis ad eam pertinentibus, illorum omnium ac ex eis quomodolibet emergentium, ad ea quoque connexorum occasione ex altera partibus materia differentiarum suborta, super quibus differentiis ooram Revmo in Xpo patre et dno dno Heinrico Epo dicte Ecclie Ratisponensis plures habite sunt amicabilis Compositionis diete, sicut et in posterum habebuntur sub spe, dictas differentias amicabiliter componendi. Idcirco pro futuris hmoi dietis prosequendis, ac casu et eventu, quibus diete hmoi amicabilis Compositionis fructum non parerent, nobisque seu deputatis per nos infra nominatis visum fuerit, Juribus nris et libertati Ecclce expedire aput sanctam Sedem aplcam, aut aput Cesaream Majestatem, vel utrobique locorum hmoi, seu coram Judicibus et Commissariis ordinariis vel delegatis, arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus electis vel in posterum eligendis quibuscunque causam vel causas super differentiis anteactis vel earum altera agitandas sub quocunque id fieri contingeret, promisimus hinc inde inter nos ac presentibus promittimus, nos quoque sub fide prestita et sub penis infra designatis omnes et singulos firmiter obligamus, quod velimus et debeamus sub honeste conventionis vinculo invicem esse obligati, uniti, conjuncti, et confederati usque

adeo, ut non liceat nobis, seu alteri nostrorum, hoc ipsum Confederationis vinculum dissolvere et ab invicem discedere, nisi de omnium seu majoris partis per nos deputatorum infra designatorum consensu expresse desuper habito, immo nec nisi tunc demum cum communi aut majoris partis eorundem deputatorum consilio compertum fuerit et conclusum, a prosecutione cause seu causarum hmoi abstinendum, et hoc presens Confederationis vinculum fore dissolvendum; ad que omnia sub tenore presentium volumus esse firmiter obligati sub pena perditionis omnium privilegiorum et immunitatum personam cujuslibet nostrum quomodolibet respicientium, quibus se reddit contrafaciens eo ipso indignum penitus et privatum; item etiam, si penalis locum ammodo inter nos in conventionibus publicis non habeat, immo a nostro et totius cleri dicte Civitatis consortio et communione exclusus omnino habeatur. Ut autem cause et causarum sive negotiorum hmoi tractatus et prosecutio facilior et expeditior fiat, voluimus numerum in his tractantium et consulentium reddere, prout reddidimus, minorem et proinde deputavimus, constituimus et ordinavimus, deputamus, constituimus et ordinamus nostros certos et indubitatos cause et causarum sive negotiorum hmoi tractatores, actores, factores, defensores, syndicos et procuratores. Nos scilicet Prepositus et Capitulum dicte Ratisponensis Ecclesie venerabiles et egregios dominos Joannem Neunhauser juris canonici doctorem Decanum, ac dnum Conradum Sinzenhofer ejusdem juris Licentiatum, Canonicos Ecclesie Ratisponensis ejusdem; nos vero abbas sancti Jacobi et Conventus sancti Emmerami ac sancti Jacobi R. P. dominum Johannem abbatem sancti Emmerami prefectum; nos autem abbatissa inferioris Monasterii dictum dnum Conradum Sinzenhofer, et nos abbatissa superioris Monasterii dictum dnum Johannem decanum Ecclie Ratisponen. nos quidem abbatissa sancti Pauli dnum Johannem Pech, similiter Canonicum Ratisponensem Plebanum nostrum; nos Capitulum veteris Capelle dnum Johannem decanum nostrum; nos vero Capitulum sancti Johannis similiter dnum Michaelem decanum nostrum: ego Commendator sancti Leonardi prefatum dnum abbatem sancti Emmerami, nos autem plebani, chorivicarii, capellani, altariste, Beneficiati dicte Civitatis omnes et singuli, sicut antescriptis Ecclesiis subditi ac inbeneficiati sumus, ita deputamus pro parte earundem dominos deputatos supra expressos, nobis aliis omnibus in dicta Civitate Beneficiatis in illos eosdem deputatos jam expresse consentientibus, quos omnes simul presentes et onus in se hmoi sponte suscipientes constitutos esse volumus, et per-

missum est et illis omnibus sic deputatis, nostro nomine de et in premissis omnibus et singulis causis et negotiis tractandi, consulendi, faciendi, ordinandi, procurandi, concludendi, disponendi, agendi, ac nos et causam seu causas nostras hmoi in omnibus et per omnia defendendi, unum vel plures procuratorem seu procuratores, defensores et syndicos in eorum omnium seu alterius eorundem locum deputandi et substituendi, eumque vel eos iterato revocandi, et alium seu alios ponendi, impositiones etiam pecuniarias quascunque pro causarum et negotiorum prosecutione et tractatu necessarias juxta causarum exigentiam ac personarum et ecclesiarum facultates faciendi, et a nobis ac quolibet nostrum cum effectu exigendi, aliaque omnia faciendi, gerendi et exequendi, que nos ipsi personaliter facere, gerere ac exequi possemus, liberam et omnimodam dedimus et concessimus, damus et concedimus facultatem, sic tamen, ut si prenominati nostri syndici et procuratores, et causarum seu negotiorum tractatores aliquando in unam Sententiam pro hmoi varietate convenire non possent, majorum illorum partis conclusio et consilium semper prevaleat. Promittimus et omne id totum ac quicquid tractatores et procuratores hmoi nostro nomine in premissis egerint, fecerint et concluserint, nos ratum, gratum et firmum perpetuo *habituros*, omni et cuilibet juris beneficio in contrarium suffraganti (quocunque appelletur nomine) penitus renuntiato. Et si durante causarum seu negotiorum horum tractatu et prosecutione aliquem ex dictis tractatoribus, syndicis et procuratoribus (quod Deus avertat!) vità fungi seu a loco absentem aut egrotum esse contingeret, ex tunc in illius locum ex ea parte, que ipsum ordinaverat, alius pro ea vice surrogetur idoneus, ne hoc contingat obstaculo, libertatis defensionem ecclesiastice impediri. In quorum omnium fidem has inde fecimus fieri litteras authenticas Sigillorum nostri Capituli Ratisponen. Abbatum et Conventuum S. Emmerami et S. Jacobi, Abbatissarum et Conventuum inferioris, ac superioris, ac S. Pauli, Capitulorum veteris Capelle et S. Johannis, ac prefati Commendatoris munimine roboratas. Nos vero Plebani, Chori Vicarii, Capellani, Altariste et Beneficiati supra expressi, cum proprio careamus Sigillo, venerabilis in Christo Patris dni Francisci Prepositi Ecclesie Ratisponen. supra nominati per procuratorem nostrum specialiter ad id constitutum petivimus et obtinuimus pro nobis apponi Sigillum. Actum Ratispone in Curia Episcopali die 8. Februarii, anno a nativitate Dominica 1484. Indictione II. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Sixti divina providentia Pape quarti anno XIII.

Decem et octo Sigilla adpendent.

Num. MCXVII. 1484. 20. Febr. Ex Originali.

Confirmatio fraternitatis in Ecclesia parochiali oppidi Pressat erectae cum annexis Indulgentiis.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Heinricus Dei et Aplce Sedis gra Epus Ratisponen. ad perpetuam rei memoriam. Rex magnificus, qui facit mirabilia magna solus, ad hoc nos quamvis insufficientibus meritis misericorditer vocavit, ut pontificali dignitati feliciter presidentes inter ceteras sollicitudinum curas, quibus pro subditorum optata salute incessanter distrahimur, ad ea singulariter et quadam speciali prerogativa favoris simus intenti, que divine laudis augmentum et gloriam, animarumque Xpi fidelium prospiciunt remedium pariter et salutem. Sane dilectorum nobis in Xpo dnorum Ulrici Gast in Pressat, Jacobi Schafmann in Kaltenbrunn plebanorum, Johannis Pernecker in Pressat, Nicolai Reithenauer in Grafenwerd, Ulrici Herolt in Pressat, Laurentii Kalmüntzer de Eystett, Johannis piscatoris in Pressat primissariorum atque capellanorum nostre Ratisponensis Diocesis oblata nobis petitio continebat, quod ipsi nonnullique alii utriusque sexus homines ecclesiastici et seculares, diversas hujus mundi calamitates tum gwerrarum, tum pestilentie, que ex divina offensione, ut formidamus, proveniunt, alta mente considerassent, ac etiam, quod morte nil certius, et nihil incertius hora mortis existat, plurimi etiam cum se stare credunt, repentino mortis adventu cadunt ac hominem opera sua, sive bona sive mala fuerint, subsequuntur; volentes itaque ipsius hujus respectu sub spe firma, quod non confundit, diem messionis extreme bonis operibus prevenire, ac terrena in celestia, et transitoria in eterna felici commercio commutare, ad laudem et gloriam sancte et individue Trinitatis, Dei omnipotentis, superbenedicte et gloriose semper Virginis et matris Marie, et totius Curie triumphantis, nec non ob salutem et remedium animarum suarum, progenitorum et Successorum ac omnium fidelium defunctorum quandam fraternitatem de novo instituerunt, ac nonnullos articulos, capitula et statuta, secundum quos et que eadem fraternitas celebrari et peragi debet, ne ex diuturnitate temporis in oblivionem deducantur, confecerunt, ordinaverunt, et statuerunt, prout in litteris patentibus desuper confectis, ac Sigillis supra nominatorum dnorum Ulrici et Jacobi in Pressat et Kaltenbrunn plebanorum appendentibus sigillatis, et coram nobis productis, quarum tenor de verbo ad verbum inferius est insertus, vidimus plenius contineri. *Litterae fundationem,*

articulos et Statuta dictae confraternitatis continentes datae sunt anno 1484. *die conversionis sancti Pauli.* Et ut eadem petitio subjungebat, fuit nobis per supradictos plebanos et altaristas humiliter supplicatum, quatenus antedictam fraternitatem, articulosque, capitula et statuta pro celebratione et peractione ejusdem fraternitatis editos, confectos et ordinatos, et in presentibus litteris descriptos et contentos auctoritate nra Ordinaria approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Nos igitur Heinricus Epus supradictus attendentes, sepedictam fraternitatem, articulosque, capitula et statuta in divini cultus augmentum, honorem dei omnipotentis, et dictorum fratrum animarum salutem vergere, volentesque eorundem fratrum sepedicte fraternitatis votis et desideriis tanquam justis et rationi consonis annuere, ac ipsorum, in dno commendandum propositum favorabiliter promovere, dictam fraternitatem in omnibus et singulis articulis, statutis, capitulis et punctis, prout superius est descripta, et prout eam rite et rationabiliter factam et institutam reperimus, auctoritate nostra ordinaria et ex certa nostra scientia approbamus, ratificamus et confirmamus, ac robur habere decernimus perpetue firmitatis in dei nomine et hiis scriptis, Statutis tamen et Ordinationibus auctoritate nostra Ordinaria editis atque statuendis semper salvis remanentibus, quibus per presentem nostram concessionem sive confirmationem nolumus in aliquo derogare. Ut autem dicta fraternitas eo devotius peragatur, atque congruis frequentetur honoribus, quanto munificentius stipendiis spiritualibus dinoscitur esse fulcita, Nos omnibus Xpi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui eidem fraternitati atque confratrum ejusdem devotioni, quotiens et quando in anno peragi contigerit, et signanter vigiliis mortuorum, missarum solemniis, aliisque divinis officiis interfuerint, ibique omnipotenti deo et precelse ejus genitrici Virgini Marie, ac omnibus Sanctis et Electis dei vota sua persolverint, et pro salute omnium vivorum et mortuorum devote oraverint, aut quotiens fidelis quisque de bonis sibi a deo collatis ad luminaria, ornatus et alia ad divinum cultum, dicteque confraternitatis commoditates necessaria manus porrexerit adjutrices, de omnipotentis dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli aplorum ejus auctoritate confisi 40 dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in dno relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem, et testimonium premissorum presentes litteras fieri, Sigillique officii Vicariatus nostri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone die Veneris 20. mensis Feb-

ruarii, anno 1484. Indict. II. Pontificatus ſmi in Xpo patris et dni Sixti divina providentia Pape quarti anno XIII.

Sigillum illaesum adpendet.

Num. MCXVIII. 1484. 24. Aprilis. Ex Originali.

Peter Grävenreuter, Hanns Aunchover und Erhard Gravenreuter, Bürger und des Rathes zu Regensburg bekennen und thun kund als Testaments-Executoren ihres Vetters Sigmund Graners sel. weiland Bürgers und des Rathes in Regensburg, daſs dieser in seinem letzten Willen seinem Vater Hanns Graner und Dorothea seiner Mutter, dann sich und seiner Gattin Elsbeth, *) so wie allen aus ihrem Geschlechte Verstorbnen 2. ewige Jahrtäge in der Dompfarr, jedesmal mit einer gesungenen Vigil, gesungenen Seelamte und mit drei gelesenen Seelmessen, dann in der St. Cassians-Pfarrkirche ebenfalls einen Jahrtag mit drei Beimessen gestiftet, und zu diesem Zwecke aus seinem Hofe zu Altach bei Auburg der Dompfarr 1 tt. der St. Cassianspfarr aber 1/2 tt. R. dl. gewidmet habe. Peter Grävenreuter, und statt der Witib Elsbeth Veit Trainer Probstrichter in Regensburg siegelten. Datum an St. Jorgen Tag im Jahre 1484.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MCXIX. 1484. 9. Maii. Ex Originali.

Dispensatio Nuntii Apostolici circa lacticinia.

Bartholomeus de Moraschis Epus Civitatis Castelli, ad Almaniam ac universa et singula provincias, civitates, terras et loca Germanie sacro Roman. Imperio illiusque Electoribus subjecta, necnon Hungarie, Polonie, Bohemie et Dacie Regna Aplce Sedis cum plena potestate Legati de latere Nuntius et orator, dilectis nobis in Xpo universis et singulis ecclesiasticis et secularibus personis utriusque Sexus in Civitate et Dioc. Ratispon. ubilibet constitutis salutem in

*) Diese starb am 2 July 1491. und hat ihre Ruhestätte in der St. Cassianskirche. Der Grabstein — Maria Heimsuchung vorstellend — hat folgende Aufschrift:

„*Anno dni 1491. starb die ersam Fraue Elisabeth Grannerin am Sambstag vor sand Ulrichs Tag, der Gott genedig sey, amen.*“

Dno sempiternam. Sincere devotionis affectus, quem ad Roman. geritis Eccliam, non indigne meretur, ut petitionibus vestris, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, apud vos non crescant arbores olivarum, que producant olivas ad conficiendum oleum, Nos, quibus sanctissimus in Xpo pater et dnus noster, dnus Sixtus divina providentia pp. IIII. incolis locorum Alman. nationis, in quibus olei copia non habetur, ut lacticiniis uti valeant, concedendi specialem per suas litteras concessit facultatem, ut eo vos devotiores exhibeatis Sedi Aplce, quo noveritis vos amplius illius gratie ubertate foveri, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis omnibus et singulis, ut vos illis, qui regularem emittunt professionem, ac incolis locorum in Dioc. Ratispon. consistentium, quibus jam a Sede predicta utendi lacticiniis hmoi est indultum, duntaxat exceptis, nisi ex devotione aut commodo horum incolarum quispiam concessione presenti uti voluerit, ad quem vel ad quos etiam eam tunc volumus extendi, quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esus lacticiniorum de jure vel consuetudine est prohibitus, lacticiniis hmoi, ovis tamen penitus exceptis, absque conscientie scrupulo vesci libere et licite valeatis, constitutionibus et ordinationibus aplcis, ac omnibus illis, que prefatus sanctissimus dominus noster in dictis litteris nobis concesse facultatis voluit non obstare, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, facultatis predicte vigore auctoritate aplca tenore presentium indulgemus. Volumus autem, quod quilibet vestrum, qui indulto hmoi uti voluerit, penitentie salutaris loco teneatur singulis annis imponere in pecunia numerata in trunco posito seu ponendo in majori Ecclia Ratispon. tantum, quantum communiter in victu sit una die consumpturus, cujus due partes converti debeant pro fabrica ipsius Ecclie Ratispon. et reliqua tertia pars pro fabrica basilice principis aplorum sci Petri de urbe ad Sedem Aplcam singulis annis fideliter per vos transmitti, alioquin presentes littere nemini ex vobis aliquatenus suffragentur. In quorum fidem presentes litteras fieri fecimus et nri Sigilli appensione communiri. Dat. Ratispone anno a nativitate Domini 1484. Septimo Idus Maii, Pontificatus prefati fsmi Domini nri anno XIII.

Sigillum est avulsum.

Num. MCXX. 1485. 21. Febr.

Confirmatio papalis super dispensatione lacticiniorum.

Innocentius Epus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sedis Aplce clementia sue benignitatis ubera in fideles singulos copiosa largitate effundens non solum ipsorum animarum salutem, sed etiam corporum sospitatem desiderat, et hiis, que propterea per ipsius Sedis Nuntios provide facta fuisse dicuntur, ut firma et inconcussa permaneant, libenter adiicit aplci muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum, capitulorum Ecclesiarum et universitatum hominum et collegiorum terrarum et locorum ac aliarum personarum partium Germanie, quibus esus lacticiniorum per venerabilem fratrem nostrum Bartholomeum Epum Civitatis Castelli olim in eisdem partibus dicte Sedis cum potestate Legati de latere Nuntium est concessus, nobis nuper exhibita petitio continebat, (olim pro ipsorum parte eidem Bartholomeo Epo tunc Nuntio exposita,) quod sicut Itali, cum apud eos usus lacticiniorum hmoi parum frequentaretur, multisque esset contrarius, ab ineunte etate vino et oleo nutrirentur, ita Germani et presertim Bavari butiro, caseo et lacte, cum apud eos non crescerent olive, ex quibus oleum conficeretur, nature ipsorum esset contrarium, imo consuetudo quedam ab omnibus et presertim in partibus Bavarie frequentata inoleverat, quod quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esus butiri et aliorum lacticiniorum est prohibitus, paucissimi tam spiritualium, quam secularium personarum cibariis oleo conditis utebantur, sed ob innatam illis ab ineunte etate vescendi lacticiniis consuetudinem, et propter oleum olivarum hmoi in partibus illis non crescentium fere omnes butiro et lacte vescantur, adeo mos ille inoleverat, quod plerique quecunque incommoda potius vellent pati, quam oleo vesci, qui neque Ecclie statutorum promulgatione, neque Confessorum informatione ab hmoi innata quasi et impressa consuetudine flecti et abduci possent, multique sepius volentes se in hoc statutis Ecclie conformare per oleorum esum desuetum et nature ipsorum contrarium, variis infirmitatibus pregravabantur, quinimo in aliquibus partibus et presertim Comitatu Hage dioc. Frising. cujus incole diebus Quadragesime preter lacticiniorum usum quasi aliud nihil habebant, quo vescerentur, plerique se Ecclie precepto subiicere volentes et ab hmoi lacticiniorum usu abstinentes, pane et aqua debilitati mortui sunt comprobati; major denique in illis partibus hominum multitudo, que paupertate et inopia premitur, non haberent, unde

sibi cibaria jejunio convenientia comparare et disponere possent, et quod propterea felicis recordation. Sixus pp. quartus, predecessor noster incolis terrarum, locorum et dominiorum dilecti filii nobilis viri Alberti Ducis Bavarie, ut dictis diebus prohibitis lacticiniis uti possent, indulserat, ac in eadem expositione subjuncto, quod si esus butiri ac aliorum lacticiniorum eis etiam cum aliquo onere concederetur, multi a variis infirmitatibus relevarentur, quibus ob lacticiniorum hmoi abstinentiam verisimiliter timendum erat gravari, necnon peccata, que contra Ecclie statuta lacticiniorum hmoi usus induxerat, evitarentur; plures denique fidelium anime, quas forte ob dictam transgressionem pati contingeret, Deo lucri fierent. Prefatus Bartholomeus Epus etiam oculata fide circa premissa informatus ipsis, ut quadragesimalibus et aliis diebus prohibitis hmoi, preterquam in ultima ebdomada Quadragesime possent et quilibet eorum posset et valeret butiro et aliis lacticiniis absque aliquo conscientie scrupulo libere et licite perpetuo vesci, plenam et liberam per diversas suas litteras successive concessit facultatem, certis tamen et diversis oneribus ut plurimum adjectis, et presertim, quod quilibet eorum, qui hmoi concessione uti vellet, teneretur loco penitentie salutaris ad truncum in dictis locis respective ad hoc deputatum singulis annis imponere in numerata pecunia tantum, quantum uno die esset pro victu verisimiliter consumpturus, quarum pecuniarum certa pars ad cameram aplcam pro Basilice principis apostolorum de urbe, et reliqua pro Eccliarum dictorum locorum fabrica transmitti et respee converti deberet, prout in litteris ipsius Bartholomei Epi tunc Nuntii desuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte universitatum, collegiorum et aliarum personarum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessioni predicte pro illius subsistentia firmiori robur aplce Confirmationis adiicere, aliásque in premissis oportuna providere de benignitate aplca dignaremur. Nos igitur, qui fidelium singulorum salutem mentis et corporis sinceris desideramus affectibus, hmoi supplicationibus inclinati concessionem predictam, ac prout illa concernit omnia et singula in litteris Bartholomei Epi tunc nuntii hmoi contenta et inde secuta quecunque, auctoritate aplca tenore presentium ratificamus, approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, siqui forsan intervenerint in eisdem etiam ratione sibi concesse facultatis predicte, et nihilominus ut a fidelium mentibus circa lacticinia hmoi omnis dubietas auferatur, lacticiniorum eorundem appellatione non ova, sed butirum, lac et

caseum duntaxat comprehendi harum serie declaramus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus aplcis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre Confirmationis, Ratificationis, Approbationis, Communitionis, Suppletionis et Declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli aplorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno Incarnationis dominice 1485. Nono Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno secundo.

Ex Transsumpto per Notarium Curiae Romanae 1486. confecto ac Sigillo Curiae Camerae aplcae sigillato.

Num. MCXXI. 1485. 5. Martii.

Praefatio ad antiquissimum Missale Ratisbonense.

Heinricus dei et apostolice Sedis gra Epus ac venerabile Capitulum Ecclesie Ratisponensis, universis et singulis Ecclesiarum Prelatis, Canonicis, Altaristis, Capellanis, Plebanis, Rectoribus, Vicariis, Presbiteris ac Clericis per Civitatem et Dyocesim Ratisponen. ubilibet constitutis salutem in eo, qui est omnium vera salus, ac presentibus fidem indubiam adhibere. Sacrorum canonum instituta relegentes comperimus, divine majestati permaxime fore gratum atque jocundum, nos omnes utpote fratres in unum habitare in sua domo non solum consonantia voluntatum, sed et in hiis, que ad sui laudem, et honorem, nostramque salutem tendere dinoscuntur. Qua de re sancti Patres provide statuerunt, ordinem Ecclesie equaliter ab omnibus custodiri, utque clerici Ecclesiarum unum et eundem in laudibus divinis ac psalmodiis teneant modum, quem ab Episcopali Sede cognoverint ordinatum et institutum. Sic enim justum est, ut inde unusquisque regulas magisterii sumat, unde honoris consecrationem accepit, turpem censentes esse partem, que suo non congruit universo. Nos itaque certiores effecti, quod libri missales per civitatem et dyocesim Ratisponen. ut plurimum scriptorum incuria, nimia vetustate, atramenti carteque vitio aliave menda sint depravati, atque a vero ordine et rubrica Ecclesie nostre longius relegati, unde circa altaris officia sacratissimaque corporis et sanguinis Xpi misteria errores et pericula contingere, ipsosque Sacerdotes opus dni negli-

genter agere non immerito formidamus, metuentes, ne sanguis ipsorum de nostris manibus requiratur; officinam igitur artis impressorie aliunde non modicis sumptibus et expensis ad civitatem Ratispon. transtulimus atque ex verissimis et emendatissimis Codicibus hunc librum missalem imprimi, ac post impressionem caracteresque completos per viros probatissimos Chori Ecclesie nostre ministeriales ad hoc deputatos de verbo ad verbum perspici, auscultari et relegi fecimus, et ecce divino quodam numine repertus est in litteris, sillabis, verbis, orationibus, punctis, rubricis et aliis correquisitis in omnibus et pér omnia cum exemplaribus, ordine et rubrica Chori Ecclesie nostre consonare, pro quo gratias agentes deo, laboris nostri fructum vobis decrevimus sincera caritate participare. Monemus ergo et requirimus vos omnes et singulos supradictos atque in dno propensius exhortamur, quatenus ad comparandum, emendum et retinendum hunc librum missalem, cujus pretium ad quinque florenos Renenses taxavimus, sollicite intendatis, ac negotiorum gestores Ecclesie seu Capelle vestre diligentius inducatis. Sed ut pro hoc ipso tam bono et meritorio opere spirituali fenus reportare valeatis, Nos Heinricus Epus prefatus omnibus vere penitentibus et confessis, *qui* in Natalis Xpi, Pasce, Penthecostes, omnium beate Marie *Virginis*, duodecim Apostolorum, Johannis Baptiste, omnium Sanctorum, commemorationis animarum, Patronorum, nec non dedicationis Ecclesie vel Capelle festivitatibus ex hoc libro officium misse rite dixerint, audierint seu astiterint, 40. dies indulgentiarum singulis missarum celebrationibus de omnipotentis dei misericordia, beatorumque apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi de injunctis penitentiis misericorditer in dno relaxamus. In quorum fidem et evidens testimonium nostri Pontificatus et Capituli armis et insigniis hunc librum per viros industrios Joannem Sensenschmidt et Joannem Bekenhaub dictum moguntinum opifices jussimus et fecimus impressione decorari. Datum Ratispone die 5. mensis Martii, anno domini 1485.

Num. MCXXII. 1486. 6. Julii. Ex Originali.

Herzog Albrecht von Baiern bekennet, dafs Kamerer, Rath und die Bürger zu Regensburg um merklich ihrer und der Stadt Nutz und Frommen ihm ihre Pfandschaft und alle Gerechtigkeit, so sie vom Domstift zu Regensburg an dem Schlofse und der Herrschaft Thumstauf nebst den Dörfern Reifferding, Sulzbach, Pach, Frieshaim, und was dazu gehört, auch dem Dorfe Tömling mit seiner

Zugehörung bisher lange Zeit inngehabt, versetzt, übergeben und eingeantwortet haben um 22,000 guter R. dl. laut der ihm übergebnen Pfandbriefe. Der Herzog verspricht demnach dem jetzigen und jedem künftigen Bischofe und dessen Kapitel bei seinen fürstlichen Würden, daſs, in welchem Jahre er, seine Erben oder Nachkommen vom Bischofe, oder vom mehrern Theil des Kapitels (falls kein bestättigter Bischof vorhanden wäre,) 14 Tag vor oder nach Lichtmeſs gemahnet, und besagte Summe Geldes in Regensburg vom Bischofe und seinem Kapitel entrichtet würde, er, seine Erben und Nachkommen ihnen die Veste Thumstauf mit den vorgenannten Dörfern und ihren Zugehörungen wieder einantworten, somit die Wiedereinlösung auf keine Weise verziehen wolle. Wollte der Herzog, seine Erben und Nachkommen diese Pfandschaft ferners versetzen, so sollen sie alsdann verfügen, daſs dem Bischofe ein ähnlicher Versicherungsbrief, wie der gegenwärtige lautet, gegeben werde. Gegeben zu München am Pfingsttag vor sanct Margarethen Tag, des Jars, als man zählet von Christi Geburt 1486. Jahr.

Sigillum Ducis adpendet.

Nro. MCXXIII. 1486. 1. Augusti. Ex Originali.

Johann Sturm Bürger in Regensburg und Margareth seine Gattin, dann Johann Aman und dessen Gattin Elisabeth stiften in der Pfarrkirche zu St. Cassian auf dem St. Johannes des Täufers und Johannes des Evangelisten Altar ihres Seelenheiles, ihrer Vorvodern und Nachkommen, dann aller Gläubigen Seelenruhe wegen eine ewige Messe, welche der Kaplan an Sonn- und Feiertagen unter dem Pfarramte, und an jedem Mondtage zur Pfarrmeſszeit zu lesen hat. Das Patronats-Recht soll ein zeitlicher Pfarrer zu St. Cassian ausüben. Die Dotation besteht in einem Weingarten zu Sulzbach, und in einer jährlichen Gült von 4 Schaff Korn aus der Vogtei zu Zaitzkofen, welche Sturm um 44 tt. R. dl. erkauft hatte. Das Kapitel zur alten Kapelle, Hanns Haiden Pfarrer von St. Cassian, und Wilhelm Altmann des Rathes und Bürger zu Regensburg siegelten. An eben diesem Tage bestättigt Bischof Heinrich diese Stiftung, und schärft dem Altaristen Gehorsam gegen den Pfarrer, und einen auferbaulichen Lebenswandel ein mit angefügter Clausel, von der Dotation nichts zu veräussern. Datum am 1. Tag des Monaths August, im Jahre 1486.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCXXIV. 1487. 1. Martii.

Hanns von Fuchsstein zu Glaubendorf, Schultheifs zu Regensburg spricht als Obmann zwischen dem Bischof Heinrich und seinem Kapitel an einem, und dem Kloster Prül Karthäuser-Ordens am andern Theil, 1) dafs der Prior und sein Convent nach ihres Ordens Sitten, Gewohnheit und Freiheiten ohne alle Verhinderung und Betrübnifs dem allmächtigen Gott ruhig und frei dienen mögen, und dafs Bischof Heinrich für sich und alle seine Nachkommen alle Bischöfliche Herrlichkeit, Obrigkeit, Gerichtszwang, und was ein Bischof Rechtens oder Gerechtigkeit über das Kloster zu Prül, und defswegen zu begehren oder zu fodern bisher gehabt hat, ganz aufhebe und abthue, und darauf für sich und seine Nachkommen Verzicht leiste, doch bleibt dem Bischofe die Gerechtigkeit über die Pfarrkirchen St. Veit zu Prül, und St. Martin zu Allingen vorbehalten. 2) Als eine Wiederlegung dieser aufgehebten Bischöflichen Rechte soll künftig das Kloster dem Bischofe Heinrich und seinen Nachkommen jährlich 8 rheinische Gulden bezahlen. Der Fuchssteiner siegelte mit eignem Siegel das Arbitrament, geschehen am Donnerstag nach St. Mathiastag des heiligen Zwelfboten im Jahre 1487.

Mon. Boic. XV. 207.

Num. MCXXV. 1487. 27. Augusti. Ex Originali.

Innocentius Papa VIII. Rupertum ex Ducibus Bavariae, Cantorem Ecclesiae Mogunt. in vigesimo sexto aetatis anno, ac Presbyteratus Ordine constitutum confirmat ceu Coadjutorem in spiritualibus et temporalibus Ecclesiae Ratispon. ab Epo Henrico senio confecto suique corporis viribus destituto de consilio et expresso capituli sui consensu assumptum, eoquod de ipsius litterarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione fide digna perhibentur testimonia, cum mandato annexo, ut Coadjutoriae officium, curam, regimen et administrationem exercere studeat sollicite, fideliter et prudenter, ac de quavis alienatione prorsus abstineat. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1487. VI. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Plumbum: Innocentius PP. VIII.

* Eodem die et anno Papa juxta votum et desiderium Epi Henrici ac sui Capituli decernit, quod Coadjutor Rupertus, si vacaverit Ecclesia Ratispon. cedente vel decedente dicto Epo, ceu Epus et Pastor regimen et administrationem ejusdem

Eccliae in spiritualibus et temporalibus exercere, ac munus Consecrationis ante trigesimum aetatis annum recipere possit et valeat. Datae etiam sunt Bullae consuetae ad Capitulum et Vasallos Eccliae Ratispon. necnon ad Clerum et populum Civitatis et Dioecesis Ratisponensis.

Num. MCXXVI. 1487.

Praefatio ad primam editionem Breviarii Ratisbon. *)

Cum in Diocesi Ratispon. esset magna penuria emendatorum Codicum horarum canonicarum secundum Ordinationem, et ut vulgo dicitur Rubricam Ecclesiae Ratisponensis, iidemque magna ex parte corrupti ac depravati essent, Reverendissimus dnus dnus Hainricus de Absperg memoratae Ecclesiae Epus unacum venerabilibus dominis et viris Francisco Schlick praeposito, ac Johanne Neunhauser decretorum doctore, nec non Hainrico de Parsperg Seniore, totoque Capitulo Eccliae praefatae animadvertentes officii sui esse, ejusdem penuriae occurrere atque providere, ut ex facili Codices quam emendatissimi haberi possent, perindeque in eam rem intendens, ut et optime emendarentur, et emendati imprimerentur curavit. Ex auctoritate itaque et jussu suo presentes libri horarum secundum rubricam Eccliae Ratisponen. quam optime castigati impressi sunt, ut unusquisque facili assequi posset, quos antea aegre et magno precio passim habere non licuit, quorum praestantiam facile dignosces, si alios quoscunque horarum canonicarum rubricae Ratisponen. libros cum his conferes. Tu igitur, quisquis es, cui (ut officium suum recte impleat) cura ea cordi est, hos omnino tibi compara atque eos praecipuos habe. Vale.

Num. MCXXVII. 1488. 3. Maii. Ex Originali.

Papa Innocentius VIII. Ruperto Cantori Ecclesiae Mogunt. ac Coadjutori Ecclesiae Ratispon. indulget, ut durante Coadjutoris officio fructus, redditus et proventus Canonicatus et Cantoriae Mogunt. ac aliorum hmoi Beneficiorum (quotidianis duntaxat distributionibus exceptis) libere percipere valeat, quin ad residen-

*) Impressum est hoc Breviarium secundum ritum Eccliae Ratisbon. in forma, quam octavam adpellant, Augustae Vindelicorum per Erhardum Ratdolt anno 1487.

tiam teneatur, proviso tamen, quod Canonicatus et Cantoria ac alia hmoi Beneficia debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura nullatenus negligatur, sed per bonos et sufficientes Vicarios, quibus de ipsorum Beneficiorum proventibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur et deserviatur inibi laudabiliter in divinis. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1488. V. Non. Maii, Pontificatus nostri anno quarto.

Plumbum: Innocentius PP. VIII.

Num. MCXXVIII. 1489. 2. Januarii.

Kaiserliches Verboth gegen die Eingriffe in das Bischöfliche Probstgericht, an den Schultheifsen in Regensburg erlassen.

Ex Copia per Notarium Velber vidimata.

Vicariorum generalium, atque aliorum judicia ecclca exercentium commoditatem opportunitatemque seorsim emitti sub Enchiridii titulo mandavimus, quod itidem factum est: atque id ipsum eo consilio, ne Parochi aliique curam animarum habentes voluminis magnitudine, ac varietate in administratione Sacramentorum implicarentur, ac tantum oneris secum gestare gravarentur, si justum opus excederet: in quo etiam Confessariis, Officialibus, seu Vicariis generalibus, ac reliquis omnibus judicia ecclca exercentibus consultum voluimus, qui dum in minori libello collecta separatim habebunt, quae pro ipsis faciunt, facilius commodiusque partes suas agere poterunt. Praecipimus itaque omnibus et singulis Provinciae nostrae Parochis ac Sacerdotibus, praesertim curam animarum habentibus sub poena indignationis nostrae, et Ordinariorum, et aliis poenis nobis pro arbitrio reservatis, ut in administrandis Sacramentis ac caeteris ecclcis muneribus obeundis se ad legem et normam hujus libri conforment, nihilque faciant, quod non sit huic instructioni consentaneum. Similiter injungimus non solum Confessariis, verum etiam Officialibus, seu Vicariis generalibus, aliisque judicia ecclca exercentibus, eorum conscientias super hoc aggravantes, ut diligenter et accurate ea omnia evolvant, quae in Enchiridio continentur, ne quid in absolvendis poenitentibus, aut in Sententiis ferendis ac dijudicandis causis contra aequitatem, et praeter decus admittant. Quod si commode facileque praestare velint, quae utrobique docentur, ea studiose perlegant necesse est, ad quod eos in Domino hortamur; nam officio accomodatior lectio, et animarum saluti curandae utilior haud reperiri potest; qua una in re omnes nostrae cogitationes, curae actionesque versari et semper fixae esse debent, ut Deus optimus maximus tandem nos cum multis aliis inter aeternae vitae gaudia felices ac beatos recipiat. Datum in nostra Civitate Salisburgensi die 14 Junii, anno a Christo nato 1577.

Num. MCCLXX. 1578. 3. Maii. Ex Originali.

Papae Gregorii XIII. credentiales pro Nuntio suo Feliciano Epo Scalensi ad Capitulum cathedrale Ratisbonense.

Gregorius PP. XIII.

Dilecti filii! salutem et apostolicam benedictionem. Reddet vobis has litteras venerabilis frater Felicianus Epus Scalensis Nuntius

noster, quem in Germaniam cum litteris et mandatis mittimus. Omnem ei fidem tribuetis super iis rebus, de quibus vobiscum aget nostro nomine, inque iis exequendis versabimini ea cura et diligentia, quam pollicetur vestra pietas, et munus, vestrae Ecclesiae dignitati, catholicae religionis amplitudini, animarumque saluti inserviendi. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die III. Maii, 1578. Pontificatus nostri anno sexto.

Ant. Buccapadulius.

Num. MCCLXXI. 1579. 22. Junii. Ex Originali.

Instrumentum electionis seu postulationis Philippi Comitis Palatini Rheni, ac utriusque Bavariae Ducis in Epum et Administratorem Ecclesiae Ratisbon.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis amen. Notum sit omnibus et singulis hoc publicum instrumentum inspecturis aut lecturis, quod cum anno hoc currente 1579. Indictione VII. Pontificatus ſsmi dni nostri Gregorii XIII. anno octavo, die lunae 22. mensis Junii Revmus in Christo pater ac dnus, dnus David Epus Ecclesiae Ratispon. Antistes noster pientissimae memoriae ab hac mortalitate ad aeterna gaudia, quod speramus et optamus, evocatus esset, post ecclcam sepulturam et justa alia peracta nos Canonici ejusdem cathedralis Ecclesiae Ratispon. qui tum praesentes aderamus, et Capitulum repraesentabamus et constituebamus, animo revolventes, in quibus periculis praedicta Ecclesia Ratispon. Pastore legitimo destituta et haereticorum insidiis undequaque exposita his difficillimis temporibus versaretur, consultissimum fore judicavimus, ut eidem primo quoque tempore, vocatis more solito caeteris quoque confratribus absentibus, per legitimam electionem aut postulationem prospiceretur. Designavimus itaque futurae electioni seu postulationi diem Martis 14. mensis Julii anno, indictione, pontificatu, quibus supra, qua cum omnes in aula Episcopali et hypocausto pro loco capitulari assignato convenissemus, et Decanus noster dnus Thomas Grosthomannus Eckius ex consuetudine recepta sua et omnium nostrorum vice et mandato declarasset, residentes simul et absentes Canonicos capitulares omnes, quibus Suffragii jus in hoc actu competeret, legitime vocatos et citatos in sufficienti numero ad eundem actum celebrandum adesse, nos viduatae et supra modum afflictae Ecclesiae providere volentes, nihil aliud, quam gloriam Dei, Ecclesiae

catholicae incrementum, haeresium, quae proh dolor! hoc in loco latissime grassantur et invaluerunt vehementissime, extirpationem, et multarum animarum salutem prae oculis habentes, invocata Spiritus sancti gratia post multam, maturam, diuturnamque deliberationem tandem illustrissimum Principem ac Dominum, Dominum Philippum Comitem palatinum Rheni, utriusque Bavariae Ducem in Antistitem et Administratorem saepe nominatae Ecclesiae nostrae postulandum constituimus, et unanimiter annuente ſsmo Domino nostro postulavimus et postulamus. Verum cum videremus aliquid temporis, dum negotium ad Sanctitatem suam, ad quam dispensatio et approbatio spectare dinoscitur, referretur, elapsurum, et consideraremus, quod haereticorum machinationibus et insultibus Ecclesia ipsiusque bona obnoxia essent, et metueremus, ne hi utpote vicini in haec omni patrocinio orbata, si publicatio hujus nostrae voluntatis diutius differretur, invaderent, hoc nostrum propositum hodierna die lunae, videlicet tertia mensis Augusti vocatis iis, qui de jure vocari consueverunt, more solito in Sacristia ejusdem Ecclesiae, praesentibus in Christo dilectis ac venerabilibus dnis Ambrosio Mayrhofer ad sanctum Emmeramum, Niniano Winceto sacrae Theologiae Professore ad sanctum Jacobum Scotorum Ordinis sancti Benedicti Abbatibus, et Casparo Resch sancti Magni in oppido Bavariae Stadtamhof, vulgariter nuncupato, necnon duobus Notariis et testibus infra scriptis ad hoc specialiter vocatis et rogatis in haereticorum terrorem, ad consolationem et securitatem nostrorum et Catholicorum omnium intimavimus et insinuavimus, et per dnum Decanum nostrum praefatum scripto, ut sequitur, in nomine Dei promulgavimus: Cum Ecclesia Ratispon. per obitum recolendae memoriae Revmi in Christo patris, et dni, dni Davidis ultimi et immediati ejusdem Ecclesiae Epi vacaret et Pastore careret, Domini Capitulares dictae Ecclesiae, vocatis prius atque citatis absentibus Capitularibus suis, iis nimirum, qui vocandi et citandi fuerant, aut alias sua interesse putantibus, die 14 proxime elapsi mensis Julii in aula Episcopali capitulariter congregati, de praeficiendo novo Ecclesiae praedictae Antistite tractaturi, ac varios mundi casus ejusdemque Ecclesiae defectus anxii perpendentes, divina tandem aspirante gratia motu proprio, praematuro et certo consilio unanimique consensu illustrissimum Principem ac dnum, dnum Philippum Comitem Palatinum Rheni et utriusque Bavariae Ducem in Administratorem nominatae Ecclesiae legitime postulare decreverunt, prout eundem, approbante tamen ſsmo Domino nostro, ex praesenti iterum atque iterum libere et unanimiter postulamus. Ego itaque

Thomas Grosthomannus Eckius J. U. Doctor, praefatae Ecclesiae Decanus ex speciali mihi demandata potestate de voluntate et consensu supradictorum dnorum Capitularium, confratrum meorum colendorum invocata Spiritus sancti gratia in presentia revend. dominationum vestrarum voluntatem et propositum nostrum de postulatione ejusdem Principis Philippi hoc in loco pronuntio, idque in nomine ſsmae et individuae Trinitatis, Patris et filii et Spiritus sancti amen. Deinde canticum laetitiae Te Deum laudamus etc. sub campanarum pulsu cantari atque in signum voluntatis nostrae venerabilem et nobilem dnum Adamum Vetter de Lilio Eystettensis ac dictae Ratispon. Ecclesiarum Canonicum capitularem, Consiliarium illustrissimorum Bojariae Principum per praefatos dnos Decanum et Seniorem juxta Sedem Episcopalem, prout moris est, collocari curavimus, et interim propositum nostrum per concionatorem cathedralis Ecclesiae in suggesto (salva semper in omnibus Sedis aplcae in approbando et confirmando auctoritate) declaravimus et hoc pacto declaramus, ut pendente Confirmatione spiritualia juxta Tridentini Concilii statuta per Capitulum et personas ipsius consensu ordinandas, temporalia vero per praedictum dnum Adamum Vetter Bajoariae Principum (quibus tanquam advocatis et patronis eadem ad fideles manus interea committimus,) consiliarium, ut vicegerentem seu oeconomum et adjunctos fideliter administrentur. Super quibus omnibus et singulis praemissis Notarios infra scriptos requisivimus, ut unum vel plura, publicum seu publica, ac quotquot forent necessaria, instrumentum seu instrumenta conficerent. Caeterum ad perpetuam rei memoriam conservandam, ut omnibus et singulis quam evidentissime innotesceret, totum illud negotium sancte, pie et canonice administratum, nosque Capitulares in postulatione hoc modo, quo praescribitur, facta omnes concordes et unanimes esse, praesenti Decreto postulationis hujus propriis manibus subscripsimus, nostri quoque Sigilli appensione, et subscriptione Notariorum rogatorum juxta Statuta canonica in omnium et singulorum praemissorum fidem roborari curavimus. Acta sunt haec omnia in locis supra notatis, praesentibus Notariis publicis et testibus infra scriptis anno, indictione, Pontificatu et diebus supra distincte expressis, praesentibus ibidem venerabilibus dnis Andrea Amman B. V. M. veteris Capellae, et Vito Aichelperger sancti Joannis Ecclesiarum collegiatarum decanis testibus ad praemissa vocatis, rogatis et specialiter requisitis.

Ego Victor Augustus Fugger praepositus et Canonicus capitularis ss.

Ego Christoph. a Fronhofen Can. et Senior ss.

Ego Philippus a Parsberg Can. capitularis ss.

Ego Johannes a Schwendi Can. capitularis ss.

Ego Udalricus a Raidenbuch Can. capitularis ss.

Ego Burchardus a Fraunberg Can. capitularis ss.

Ego Achatius Fronhaimer Can. capitularis ss.

Ego Thomas Grosthomannus Eckius J. U. D. Decanus et Can. ss.

Ego Johannes de Parsperg Can. capitularis ss.

Ego Joan. Georg. Sinzenhofer Can. capitularis ss.

Ego Achatius Notthaft Can. capitularis ss.

Ego Adamus Vetter von der Gilgen Can. capitularis ss.

Ego Joan. Georgius Stinglhaimer Can. capitularis ss.

Ego Joan. Christoph. a Seybolstorf Can. capitularis ss.

Duo Signa Notariorum. Ego Georgius Marperger clericus Ratispon. sacra imperiali auctoritate publicus Notarius, ac officii Vicariatus scriba juratus ss. Ego Casparus Foehlin Augustanae Dioecesis, imperiali auctoritate publicus Notarius ss.

Sigillum Capituli cathedralis integrum adpendet.

Num. MCCLXXII. 1580. 1. Jun. Ex Originali.

Indictio Synodi dioecesanae ad diem 6. mensis Julii.

Felicianus Dei et Apostolicae Sedis gratia Epus Scalen. ad partes Germaniae superioris et ssmi Dni nostri Dni Gregorii divina providentia Papae XIII. dictaeque Sedis Nuntius cum potestate Legati de latere, universis et singulis nobis in Christo dilectis Abbatibus, Praepositis, Decanis, Capitulis, Administratoribus, Commendatoribus, Magistris, Prioribus caeterisque Ecclesiarum tam cathedralis et aliarum Collegiatarum, quam regularium Praelatis, necnon Archidiaconis, Decanis et Vicedecanis ruralibus per Civitatem et Dioecesin Ratisponensem existentibus salutem in Dno sempiternam. Ssmus Dnus noster nobis in mandatis dedit, ut Ecclesias ac Dioeceses, quae in Legationis nostrae districtu complexae sunt, speciatim hanc Ratisponensem diligenter visitare, et peractá Visitatione, quae emendanda, corrigenda ac reformanda essent, necessariis et opportunis

mediis proponere, sancire et ad effectum adducere studeremus, cum extra omnem controversiam sit, eam Ecclesiam non posse diu consistere, quae per Visitationis remedia in officio non contineatur, cujus rei exempla etiam nostrá memoriá non pauca habuimus. Hinc est, quod cum Clerum ferme universum hujus Civitatis Ratisponensis, ac praeterea non nulla loca ejusdem Dioecesis jam visitaverimus, nec reliquas partes Dioecesis nobismet alio abstractis avocatisque obire ac peragrare sit commodum, Episcopatus necessitates pro temporis occasione et rerum exigentia satis compertas habentes Synodum dioecesanam pro officii nobis commissi ac demandati ratione convocandam duximus, in qua non solum de capessenda reformatione et statu ecclesiastico secundum sacri Concilii Tridentini Decreta et Synodi provincialis Salisburgensis Constitutiones, ut aequum et necessarium est, in melius mutando agatur et decernatur, verum et certi Visitatores deputentur, qui hanc totam Dioecesin visitent nomine nostro, et quae ad sanam Ecclesiasticae disciplinae multis modis per hujus temporis errores et abusus labefactatae restitutionem decreta et praescripta erunt, debitae executioni mandent, quantum Dei auxilio, et studio ac diligentia consequi poterunt. Quare auctoritate Apostolicá nobis commissà, et qua in hac parte fungimur, tenore praesentium vobis omnibus et singulis praefatis, quos de jure aut consuetudine Synodo dioecesanae hujus Ecclesiae Ratisponensis interesse oportet, in virtute sanctae obedientiae et sub poenis arbitrio nostro decernendis districte mandamus, ut feria quarta post festum Visitationis B. V. Mariae, quae erit dies 6. mensis Julii proxime futuri, mane hora Primarum in hac aula Episcopali Ratisponensi ad dictam Synodum celebrandam personaliter et legitime compareatis ad audienda et exequenda, quae pro hujus universae Dioecesis reformatione et conservatione Ssmi Dni nostri jussu in medium proponentur. In quorum fidem his Sigillo nostro, quo in talibus utimur, munitis propria manu subscripsimus. Datae ex aula Episcopali Ratisponensi anno Domini 1580. Kalend. Junii, Pontificatus ejusdem Ssmi Dni Papae Gregorii XIII. anno nono.

Fr. Felicianus Epus Scalen. Nunt. Apost.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXXIII. 1580. 13. Junii. Ex Originali.

Gregorii Papae XIII. Confirmatio electionis seu postulationis Philippi, Guilielmi Ducis Bayariae Nati in Epum Ratisbonensem.

Gregorius PP. XIII.

Dilecte fili! salutem et aplcam benedictionem. Cum, sicut accepimus, nuper dilecti filii Decanus et Capitulum Ecclesiae Ratisbon. tunc per obitum bonae memoriae Davidis Epi Ratisbon. extra Romanam Curiam Pastoris solatio destitutae te, qui aetatis tuae quintum duntaxat annum agis, in Epum Ratisbon. postulaverint, Nos ob insignia genitoris tui catholici atque pii Principis merita, pristinamque in nos Sedemque aplcam familiae vestrae observantiam et devotionem, ac praeclara, quae in te apparent, virtutum indicia, et ad religionem et pietatem animi propensionem, ex quibus concipitur aetate sibi suffragante religiosissimum atque ornatissimum virum esse evasurum, postulationem hmoi admittentes, illam aplca auctoritate tenore praesentium confirmamus atque adprobamus, teque, cum primum ad aetatem legitimam perveneris, et non antea, eidem Ecclesiae in Epum et Pastorem praeficimus, interea tamen te ab administratione spiritualium et temporalium ejusdem Ecclesiae abstinere volentes eam, ne dicta Ecclesia aliquibus incommodis vel detrimentis afficiatur, per viros idoneos ad id ad nostrum et Sedis aplcae beneplacitum deputandos regi et gubernari mandabimus, decernentes irritum et inane, quicquid secus super eis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus quibusvis Constitutionibus et Ordinationibus aplcis, ac dictae Ecclesiae juramento, Confirmatione aplca, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris aplcis in contrarium quomodolibet concessis, adprobatis et innovatis, quibus omnibus eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque; te autem etiam atque etiam in Domino hortamur, ut sacrarum rerum cognitione christianisque moribus et pietatis imbui omni studio cures, quo ad generis tui splendorem, quo es apprime praeditus, te in Ecclesia Dei Antistitem praestes, ac in nostro et ejusdem Sedis conspectu virtutibus clarus, ejusdemque Sedis gratia et liberalitate merito sis complectendus. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XIII. Junii 1580. Pontificatus nostri anno nono.

Num. MCCLXXIV. 1580. 17. Oct. Ex Impresso originali.

Generale ad omnes Decanatus, die Verkündung des Tridentiner Dekrets gegen die heimlichen Ehen betreffend.

Wir Johannes Baptista Bischof zu Almira, der heiligen Schrift Doctor, Suffragan, in geistlichen Sachen Vicarius und Officialis, auch andere geistliche Räthe des Hochstifts Regenspurg enbieten allen Pfarrern und Predigern, auch derselben Amtsverwaltern in der Stadt und dem Bisthum Regenspurg unsern günstigen Gruess, und thun ihnen zuwissen. Nachdem die heilige christlich katholische Kirche die vielfältigen, irrigen, ärgerlichen und sehr gefährlichen Zwietrachten und Handlungen, so aus den heimlichen Ehen und Winkelheurathen gemainklich entstanden, mit höchster Beschwärniss oftermalls wohl gespürt, derwegen auch durch vielerlei Vermahnungen und Straffen dieselben auszureuten und abzustellen vielmalls Mittel und Weg gesucht, hat sie endlich aus Eingebung des heiligen Geistes gemeldte heimliche Ehen und Winkelheurathen ganz und gar zu vertilgen und zu verhütten auf die besten Mittel gedacht, und also im jüngst gehaltenen Concilio zu Trient in der 24. Session, so den 11. Monathstag Novembris anno 1563. gehalten worden, von Reformation und Besserung des heiligen Ehestandes nachvolgendes Decret und Mandat, — um es allen Christgläubigen zuverkünden, — beschlossen, welches von Wort zu Wort zu teutsch also lautet: „Es ist gleichwohl ohne allen Zweifel gewiss und wahr, dass die heimlichen Ehen und Winkelheurathen, so die Eheersonen aus freyem Willen miteinander getroffen, — so lange sie von der heiligen christlichen Kirche nit verbotten werden, — rechte und wahre Ehepflicht sein und verbleiben, und derowegen diejenigen billig verdamt sein, wie sie auch vom heiligen Concilio verdamt werden, die solche heimliche Ehe für rechte und wahre Ehepflicht nit erkennen wöllen, die auch fälschlich fürgeben, dass die Ehe, so die Kinder ohne ihrer Eltern Bewilligung versprechen, nichts gelte, und von den Eltern erst geschlossen oder gar abgethan werden könne. Nichts destoweniger hat die heilige Kirche Gottes dieselben Ehen aus billigen Ursachen jeder Zeit schädlich geachtet und verbotten. Weilen aber die Väter dieses heiligen Concilii spürren und merken, dass dieses Verbott aus Ungehorsam verachtet wird und wenig hilft, hergegen aber allerlai Sünd und Laster, besonderlich aber da mancher sein ersten Gemahl, mit dem er sich heimlich verpflichtet hat, verlasset und mit einem andern

offentlich Hochzeit hält, und also in einem stätten Ehebruch und Stand der ewigen Verdamnuſs bleibet, und dergleichen mehr, so hieraus entspringen, sich täglich häuffen und mehren: auch die Kirche, so von heimlichen Dingen nit urtheilt, diesem Uebel ohne ein sonders kräftiges Mittel nit begegnen kann, derowegen hat sie dem vorlängst im heiligen Lateranensischen Concilio unter Pabst Innocentius III. beschlossenen Bevelch nachkommen und selben wiederhollen wollen, gebeut und befilcht also ernstlich, daſs hinfüran, ehe die Ehe getroffen werde, die Ehepersonen von ihrem eignen Pfarrer die drei nächst aufeinander folgenden Feiertäge in der Kirche unter dem Ambt der Meſs offentlich verkündet, und wenn alsdann kein rechtmässiges Verhindernuſs vorhanden, in der Kirche die ehelichen Hochzeiten gehalten werden, da der Pfarrer, nachdem er beide Ehepersonen gefragt und ihre Bewilligung zu baiden Thailen verstanden, mit den Worten „Ich verbinde euch zur heiligen Ehe im Namen des Vaters, des Sohns und des heiligen Geistes,“ oder mit andern dergleichen Worten, wie es bräuchig, sein Ambt verrichten sol. Im Fall aber ein glaubwürdiger Argwohn vorfiele, daſs die Ehe, wan man selbe so oft zuvor verkündet, arglistig und böslich möchte verhindert werden, alsdann mag man entweder die Heurat nur einmal verkünden, oder es mögen die Ehepersonen in Gegenwart und Beisein auſs wenigst des Pfarrers, und zwaier oder dreier Zeugen ihr Ehegelübd versprechen und schliessen, die Verkündung aber sol hernach, ehe sie zusammenkommen, in der Kirche verricht werden, damit die Hindernüss, so vielleicht vorhanden, können geoffenbaret werden, es sehe dann den Ordinarium für gut an, daſs man die Verkündung gar unterlassen möcht, dem es das heilige Concilium zu seinem Verstand und Gutdüncken heimstellt. Welche Ehepersonen sich aber anders, als in Gegenwart und Beisein ihres Pfarrers, oder mit des Pfarrers oder seines Ordinarii Erlaubnuſs eines andern Priesters, und zwaier oder dreier Zeugen die Ehegelübd zu treffen und zu schliessen unterstehen werden, dieselben macht das heilige Concilium dergestalt sich miteinander zu verheurathen ganz und gar untauglich und untüchtig, erkennet auch dergleichen Contracte oder Handlungen für unkräftig, wie es dann dieselben in diesem Decret und Gebott gänzlich abthut und vernichtet; befilcht auch über das, das ein Pfarrer oder anderer Priester, so mit weniger Anzahl der Zeugen, oder die Zeugen, so ohne den Pfarrer oder andern Priester dergleichen Handlungen beiwohnen, auch die Personen selbst, so sich also zuverheurathen

unterstehen dürften, nach Gefallen des Ordinarii ernstlich gestrafft werden. Ferner ermahnet diefs heilige Concilium die Christglaubigen, dafs die Ehepersonen, ehe sie den Segen vom Priester in den Kirchen empfangen, in einem Haus nit beieinander wohnen. Es verordnet auch und befilcht, dafs die Heurathen und Hochzeiten jeder Zeit vom eignen Pfarrer eingesegnet werden, auch ein andrer Priester von Niemand, als vom Pfarrer selbst oder vom Ordinario Erlaubnufs, eine Hochzeit einzusegnen, nehmen und haben könne, unangesehen einiger Freiheit oder Gewohnheit auch von unfürdenklichen Jahren, die vielmehr für einen Mifsbrauch gehalten werden soll. Wofern sich aber ein Pfarrer, oder andrer Regulär - oder Saecularpriester, obschon er eine Freiheit oder unfürdenkliche Gewohnheit fürgiebt, sich eines andern Pfarrkind zur Ehe zuverpflichten oder einzusegnen unterstehen würde, soll ihm den Rechten nach aller seiner geistlichen Aembter Verrichtung solang verbotten sein, bis er vom Ordinario des Pfarrers, der diese Ehe hätte zusammgeben oder einsegnen sollen, absolvirt wird. Es sol auch ein jeder Pfarrer ein eigen Buch haben, darein er der Ehepersonen und der Zeugen Namen, auch den Tag und das Ort, da die Ehepersonen zusammgeben werden, verzeichnen und dasselbe fleissig bei Handen halten. Letztlich ermahnt das heilige Concilium die Ehepersonen, dafs sie, ehe sie sich ehelich verpflichten, oder wenigst drei Tag zuvor, ehe sie zusammkommen, ihre Sünden fleissig beichten, und das hochwürdige Sacrament des Altars mit Andacht empfahen, und falls in andern Ortten über diese noch mehr löbliche Gewohnheiten und Ceremonien gebräuchig wären, sollen auch dieselben gänzlich gehalten werden. Damit aber diese heilsame Gebott Niemand verborgen bleiben, so gebeut und befilcht das heilige Concilium allen und jeden Ordinarien, dafs sie, alsbald sie können, dieses Decret und Befelch dem Volk in allen und jeden Pfarrkirchen ihrer Bifsthumen zuverkünden und zu erklären Ordnung thun, und dasselb das erste Jahr offtermalls, hernach aber, als oft es vonnöthen sein wird. Es ist auch beschlossen, dafs dieses Decret oder Befelch in einer jeglichen Pfarr alsdann seine Kraft haben und gelten soll, wan vom Tag der ersten Verkündung zuzählen anfahend 30 Tage verschinen seind." Hierauf ist unser aus habendem Befelch ernstlicher Will und Mainung, dafs alle und jede Pfarrer und Prediger dieser Stadt und Bifstumbs Regenspurg dieses Mandat am nächst künftigen ersten Sonntag des Advents dieses 1580. Jahrs anfahend alle Sonn- und Feiertage, bis 30 Tage verschinen, und dann alle Monath ein-

mal auf öffentlicher Kanzl nach der Predig von Wort zu Wort verlesen, und dasselbe ihren Zuhörern mit allem Fleis erklären, einprägen und zu halten befehlen, auch sich selbst, soviel ihr Ambt hierin betrift, demselben gemäſs verhalten; wider die Nachläſsigen und Ungehorsamen werden wir mit gebührender Straff ernstlich verfahren, und soll dieses Mandat am nächstkünftigen Fest des heiligen Apostels und Evangelisten Johannes den 27 December lauf. Jahrs seine Kraft und Wirkung zu haben anfahen. Gegeben zu Regenspurg im Bischöflichen Consistorio den 17. Monathstag Oktobris anno 1580.

Georgius Marperger publicus ac Vicariatus Ratispon. Notarius juratus ſs.
Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXXV. 1581. 3. Maii. Ex Originali.

Facultas data Collegiatae Straubingae, vendendi aut permutandi domos et hortos remotiores.

Fr. Felicianus Dei et Apostolicae Sedis gratia Epus Scalen. dictaeque Sedis Nuntius cum potestate Legati a latere et Epatus Ratispon. Administrator, Venerab. in Christo dilectis Praeposito, Decano ac toti Capitulo Ecclesiae Collegiatae Straubing. ſs. Jacobi et Tiburtii salutem in Domino sempiternam. Cum nuper ex speciali ſsmi Domini nri mandato ad Serenissimi Principis Domini Guilhelmi Bavariae Ducis petitionem et instantiam Ecclesiam Collegiatam S. Tiburtii ex pago Pfaffenmünster ad parochialem Ecclesiam S. Jacobi in ista Civitate existentem transtulerimus, humiliter supplicastis, ut vobis domos cum hortis ad vestram Ecclesiam propter beneficia incorporata et ratione Canonicatuum pertinentes, quae tam in suburbio Civitatis, quam in praedicto pago Pfaffenmünster existunt, propter incommoditatem permutandi seu vendendi, et illarum loco de commodioribus aedibus juxta necessitatem providendi potestatem faceremus. Quare cum nos ea, quae ad Ecclesiarum et personarum in eis deservientium commoditatem vergunt, deceat gratiose promovere, ut supra dictas domos cum hortis permutare, seu vendere, et alias Ecclesiae vestrae propinquiores vobis comparare et juxta ea, quae in nostra translationis scriptura continentur, ex vestra necessitate et Ecclesiae ipsius exigentia in melius convertere valeatis, auctoritate tam Apostolica, quam Ordinaria, quibus fungimur in

hac parte, tenore praesentium vobis facultatem concedimus et consensum nostrum praebemus. In quorum fidem his Sigillo nostro, quo in talibus utimur, munitis propria manu subscripsimus. Datum Ratisponae anno Domini 1581. die vero 3. Maii, Pontificatus Domini nostri Domini Gregorii Papae XIII. anno decimo.

Frater Felicianus Epus Scalen. Administrator Ratispon. Nunt. Apost.
Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXXVI. 1583. 29. Januarii.

Litterae Gregorii Papae XIII. ad Bavariae Ducem Guilielmum circa ineunda Concordata cum Episcopis Bavariae sub directione sui Nuntii Feliciani.

Dilecto filio, nobili viro Guilielmo Bavariae Duci.

Gregorius PP. XIII.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem. Negotium susceptum a venerabili fratre Feliciano, Episcopo Scalensi, Nuntio nostro de Episcoporum istius regionis conventu istic Bavariae habendo, gravissimum est, pertinetque magnopere ad Christi gloriam, sanctaeque ejus Ecclesiae dignitatem, cujus utriusque causae nobilitatem tuam semper studiosissimam cognovimus, quo majore etiam cum spe hortamur et rogamus, ut velis rem confici. Optima omnia ab illorum prudentia et pietate expectanda erunt. Ubi eorum Decreta cognoverimus, facile perspicies nostram paternam, tibique ut speramus hactenus non incognitam erga te caritatem et studium laudis tuae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XXIX. Januarii 1583. Pontificatus nostri anno undecimo.

Hundii Metrop. I. 63. Edit. Ratisbon.

Num. MCCLXXVII. 1583. 29. Jan.

Litterae Gregorii Papae XIII. ad Episcopos Bavariae.

Venerabilibus fratribus Episcopis Bavariae congregatis.

Gregorius PP. XIII.

Venerabiles fratres, salutem et Apostolicam benedictionem. Vestra singularis prudentia et pietas spectatissima facit, ut in isto con-

ventu omnia a vobis expectemus, quae quidem possunt expectari a Pastoribus optimis, et Christi gloriae sanctaeque ejus Ecclesiae dignitatis studiosissimis; nec dubitamus, quin utrique causae omni cura et vigilantia inservituri sitis, neque ulla in re vestro officio et muneri defuturi. Itaque nihil est, quod hortemur, ut tales esse velitis, quales vos esse certum habemus. Restat igitur, ut venerabilis fratris Feliciani Episcopi Scalensis, Nuntii nostri verbis omnem fidem tribuatis, utque ea decernatis, quae negotiorum ipsorum gravitas flagitat, quaeque vestra caritas pollicetur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIX. Januarii 1583. Pontificatus nostri anno undecimo.

Hundii Metrop. I. 63. Edit. Ratisbon.

Num. MCCLXXVIII. 1583. 20. April. Ex Originali.

Feliciani, Episcopi Scalensis, Nuntii Apostolici Decretum contra Clericos concubinarios.

Fr. Felicianus Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Scalen. ad partes Germaniae superioris ſsmi Domini nostri, Domini Gregorii divina providentia Papae XIII. dictaeque Sedis Nuntius cum potestate Legati de latere, universis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quam turpe — ut in sacrosancto Concilio Tridentino habetur, — ac Clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitiae sordibus immundoque concubinatu versari, satis res ipsa communi fidelium omnium offensione summoque clericalis militiae dedecore testatur. Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam ac vitae integritatem Ministri Ecclesiae revocentur, populusque hinc magis eos disceret revereri, quo illos vitá honestiores cognoverit, ſsmus Dominus noster, Dominus Gregorius Papa XIII. multis jam vicibus non solum litteris, sed etiam per nos et alios Praedecessores nostros Nuntios Apostolicos tam Ordinarios in Bavaria Dioecesin habentes, quam etiam serenissimos Bavariae Duces Albertum p. m. et Guilielmum diligenter admonuit et cohortatus est, ut Clericorum concubinatus ex dominiorum Bavariae finibus plane exterminaretur, atque post multa remedia excogitata eo tandem deventum est, ut Praefectis temporalibus locorum sub gravissima poena negotium datum sit, quatenus hmoi concubinae etiam in aedibus ipsorum clericorum caperentur, et castigatae in exilium mitterentur. Quamquam autem Praefecti ipsi strenuam ea in

re operam navarent, aliquorum tamen clericorum concubinariorum, quorum interim status dignitati parcebatur, perversitas et nequitia efficiebat, ut hoc tetrum malum radicitus extirpari non posset, id quod dicti Praefecti saepe questi sunt. Quare cum officii nostri ratio postulet, ut huic pravissimo scandalo quibuscunque possumus remediis mature provideamus, contra Clericos ipsos concubinarios juxta sacrosancti Concilii Tridentini saluberrimum Decretum procedendum necessario duximus, quatenus hmoi illorum impudicitiae licentia debite coerceatur, atque, ubi paterna monita nihil proficiunt, poenarum formido fructum faciat. Proinde omnibus et singulis Episcopis in ditionibus serenissimi Bavariae Ducis jurisdictionem spiritualem habentibus, eorumque Vicariis generalibus committimus et districte praecipiendo mandamus, ut absque ulla alia admonitione, quando ea multoties jam facta est, quoscunque Clericos etiam in dignitate constitutos, concubinas aut alias mulieres suspectas in domo vel extra detinentes tertia parte fructuum, obventionum ac proventuum Beneficiorum suorum quorumcunque et pensionum ipso facto privent, quae fabricae Ecclesiae aut alteri pio loco vel operi ibidem arbitrio Episcopi applicetur. Si vero in delicto eodem cum eadem vel alia foemina perseverantes, secundae monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes ac proventus suorum Beneficiorum et pensiones eo ipso amittant, qui praedicto modo applicentur, sed etiam a Beneficiorum ipsorum administratione, — quoad Ordinarius etiam uti Sedis Apostolicae delegatus arbitrabitur, — suspendantur. Et si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam versentur, tunc Beneficiis, portionibus ac officiis et pensionibus quibuscunque Ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis in posterum reddantur, donec post manifestam vitae emendationem ab eorum Superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere aut alias hmoi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, praeter praedictas poenas excommunicationis gladio plectantur; nec quaevis appellatio aut exemptio praedictam executionem impediat aut suspendat. Clerici vero Beneficia ecclesiastica aut pensiones non habentes juxta delicti et contumaciae perseverantiam et qualitatem ab ipso Episcopo carceris poena, suspensione ab ordine ac inhabilitate ad Beneficia obtinenda aliisve modis juxta sacros Canones puniantur. Quod si Ordinarios, ubi prius singulis vicibus serenissimi Ducis nomine admoniti fuerint, officium tamen hac in parte negligere

contigerit, ita, ut hmoi clericis concubinariis conniveant, eos praemissas poenas incurrisse non declarando vel non sumendo eas, ne malum hoc impune manens cum graviori scandalo ulterius serpat, nos auctoritate Apostolica nobis concessa et quá fungimur in hac parte, per praesentes decernimus et declaramus, hmoi concubinarios notorios Ordinariis denuntiatos et cum impunitate relictos praedictas poenas et mulctas ipso facto incurrisse et incurrere. Et quia nos non semper possumus esse praesentes ad exigendum et disponendum juxta praemissa, serenissimo Bavariae Duci facultatem, eadem auctoritate usque ad ulteriorem sanctissimi Domini nostri dispositionem concedimus, ut pro publico Ecclesiae bono per suos Consiliarios ad hoc deputandos nostro nomine praemissas poenarum mulctas negligentibus ut supra Ordinariis exigere et supraposito modo applicare possit et valeat, imo etiam rogamus eum, ut facere id velit. Ordinarios autem serio admonemus et hortamur, ut ipsi officium hoc mature et debite facere satagant, nec cum nominis sui imminutione expectent alios, qui pro eis in extirpando concubinatu supplere debeant. In quorum omnium fidem ac testimonium has nostras litteras confici Sigillique nostri, quo in talibus utimur, impressione communiri fecimus. Datum Monachii anno Domini 1583. die vero 20. Aprilis, Pontificatus praelibati fsmi Domini nostri Gregorii Papae XIII. anno undecimo.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXXIX. 1583. 5. Septembris.

Anno et die notatis initus fuit Recessus Monacensis Concordatorum cum Ordinariis Boiariae, qui Monachii quidem praesentes non fuerunt, sed Oratores duntaxat miserunt: pro Ecclesia Ratisponensi subscripserunt Sbinco Bereka Baro de Duba et Leippa, Administrator Epatus Ratispon. Praepositus Wissengrad. et Oetting. ac Joannes Bapt. Pihelmaier fs. Th. D. Epus Almir. ac Suffraganeus Ratispon. Legatis Eporum Guilielmus Bojariae Dux e suis Consiliariis plures adjunxit. In eo Conventu actum fuit de Visitationibus et Juribus Ordinariorum in Bojaria, de Electionibus et Confirmationibus Praelatorum, de Personarum ecclesiasticarum delictis et poenis, de collatione Beneficiorum ecclesiasticorum, de personis et bonis Clericorum, de testamentis Clericorum, ac de causis matrimonialibus.

Hundii Metrop. I. 63. Edit. Ratisbon. Hansiz II. 639.

Num. MCCLXXX. 1583. 24. Novembris. Ex Originali.

Citatio Cleri dioecesani ad Synodum 9. Januarii 1584. celebrandam.

Sbinco Berckha, Baro de Duba et Leippa, Administrator Episcopatus Ratisbonen. Universis et singulis quorumcunque Monasteriorum et Ordinum Abbatibus, Praepositis, Prioribus, Administratoribus, necnon Decanis ruralibus per dictum Epatum Ratisbonen. constitutis, ad quos praesentium Litterarum notitia pervenerit, salutem in Domino. Ardua quaedam negotia post celebratam Monachii Eporum congregationem nobis et statui nostro Ecclesiastico incumbunt, de quibus vobiscum quoque consultare operae pretium esse ducimus. Cum vero id absque praesentia vestra personali fieri neutiquam possit, nos officio nostro, et tam generalis Tridentini *Sess. 24. cap. 2. Decret. de reform.* quam provincialis Salisburgen. *constitut. 64. cap. 2.* Conciliorum canonibus et decretis, quantum cum Deo possumus, satisfacere volentes, Synodum dioecesanam instituere et promulgare statuimus. Quare vobis omnibus et singulis praesentibus requisitis in virtute sanctae et debitae obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus feria secunda post festum Erhardi Epi, quae erit nona dies mensis Januarii juxta correcti Calendarii computationem anni proxime sequentis, videlicet 84. coram nobis Ratisbonae in aula Epli mane hora septima personaliter, vel si quis vestrum notabili corporis infirmitate aut aliis, rationabilibus tamen et gravibus causis foret impeditus, per mandatarium aliquem cum pleno et sufficienti mandato instructum omnibus aliis excusationibus posthabitis certo compareatis, ad videndum et audiendum causas et negotia hmoi vobis proponi, atque deinceps communicato consilio et una vobiscum super iisdem consultari et concludi, certificantes et admonentes vos ac quemlibet vestrum, qui hoc nostro mandato fueritis requisiti, si in praefixo jam termino comparere neglexeritis, aut alter vestrum neglexerit, quod tunc contra vos et quemlibet vestrum inobedientem condigna tanti contemptus et negligentiae poena et animadversione mediante justitia atque etiam in dictis negotiis procedi curabimus. Et licet de obedientia vestra minime dubitemus, scriptis tamen vestris de legitima insinuatione praesentis Mandati nostri per vos certificari, et propria quemque vestrum manu subscribi volumus. Actum Ratisbonae sub Officii Vicariatus nostri Sigilli appressione, die 24. mensis Novembris, anno dni 1583.

M. Thobias Nagl Officii Vicariatus Ratisbon. Notarius juratus ss.
Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXXXI. 1584. 10. Jan. Ex Diplomatario.

Constitutiones synodales conditae per Revmum ac Illustrissimum Dnum Sbinconem Berckam, Episcopatus Ratisbonensis Administratorem.

Caput I. De Jurisdictione Ordinaria.

Art. I.

Quam graviter in leges divinas et ecclesiasticas ii delinquant, qui ab Ordinariorum suorum Jurisdictione se vel eximere conantur, vel debitam obedientiam, fidelitatem et diligentiam iis subtrahunt, ex sacris litteris, canonicis Sanctionibus, Concilio Tridentino, Constitutionibus provincialibus patet luculenter. Agnoscant igitur Praelati, Parochi, aliique Clerici munus et obligationem suam, neque se invicem ad forum alienum trahant; coram Ordinario citati majori cum obedientia et promptitudine compareant, mandata sibi transmissa majori fide et studio publicent, exequantur et observent: sint in solvendis juribus Episcopalibus paratiores: ne audeant se divinis officiis et muneribus, aut bonis ac redditibus beneficiorum immiscere, aut in possessionem immittere, priusquam ab Ordinario suo examinati, investiti, aut saltem adprobati et admissi fuerint.

Art. II.

Quanta sit Sermi et Illustrissimi Principis ac Dni Dni Guilielmi Comitis Palatini Rheni, utriusque Bavariae Ducis pietas et ardens in religionem catholicam Ecclesiaeque reformationem studium, ex transactione illa mense Sept. nuper elapsi anni 1583. Monachii cum Revmis DD. Metropolitano et Coepiscopis inita apparet, in qua sua Serenitas plurima ad Jurisdictionem Ordinariorum, immunitatemque ecclesiasticam spectantia, quae horum temporum malitia interciderant et paulatim collabebantur, magna ex parte benigne restituit. Verum si Ordinariorum aliorumque Praelatorum et Pastorum, atque adeo totius Cleri in functionibus ecclesiasticis promissa reformatio et diligentia conceptae spei et exspectationi non forent responsura, sane vehementer est metuendum, ne ea, quae ab optimo et catholico Principe tam pie et liberaliter sunt concessa, negligentia et demeritis nostris exigentibus ea rursus, et cum iis multa quoque alia amittamus. Ut autem ejusdem transactionis tenor omnibus hujus Episcopatus statibus Cleri innotescat, cum ut recte intelligatur, tum ut fideliter ab omnibus observetur, in hac Convocatione vobis publicabitur.

Art. III.

Et quia Revmus DD. Felicianus Epus Scalen. Sedisque Aplcae Nuntius ad praedictos RR. Dnos Metropol. et Coepiscopos post transactionem praefatam quaedam ad Jurisdictionem Ordinariam, reformationemque Cleri et populi spectantia auctoritate aplca emisso publico decreto sancivit, iisdemque exequenda serio injunxit, operae pretium videtur, ut ea quoque vobis publicentur.

Art. IV.

Cum igitur in dicto Revmi Nuntii Aplci decreto inter caetera mentio fiat erigendorum plurium tribunalium, in quibus Clerici in negotiis civilibus, ut debitorum leviorum et similium, conveniri possint, consultandum jam est de modo, hmoi tribunalia in hac Dioecesi instituendi, erigendi et conservandi.

Cap. II. de reformatione generali tam Cleri, quam populi.

Art. I.

Ut Visitatio generalis, quae vigore allegatae transactionis Aplcique mandati diutius differri non potest, atque in hac Dioecesi Ratispon. duobus nuper elapsis mensibus tribus satis amplis spatiis et locis incoepta est, finem et effectum in ea quaesitum facilius, citius, felicius et minori sumptu ac labore sortiatur, in hac praecipuorum statuum hujus Epatus Convocatione, quae ad generalem reformationem pertinebunt, eam ob causam publicabuntur, ut Praelati aliique Clerici interim scandala tollere, excessus et abusus corrigere, utilia praeparare, remque ita instituere possint, ut Visitatores, quocunque locorum venerint, omnia jam reformata reperire, tempusque ac laborem in fsmo Confirmationis Sacramento conferendo, Verbo dei annuntiando, poenitentium absolutione aliisque similibus piis operibus insumere possint, ne confusa et depravata corrigere et emendare, hinc alio novo rursus itineris labore alio tempore inspicere cogantur, an praeceptis et ordinationibus satisfactum fuerit.

Art. II.

Pontificali Romano *P. III. de Synodo celebranda*, addenda sunt ex Concilio Trid. nec non Constitutionibus provincial. Salisb. quae de reformatione decreta et sancita sunt. Duorum horum librorum exemplaria sibi omnes et singuli comparare tenentur, ne ignorantiam praetendere queant. Libri Missales, Breviaria, Obsequialia

et similes libri necessarii in posterum heic in aula Epli semper comparari poterunt. In specie vero admonendi sunt Praelati aliique Clerici, ut circa Cultum divinum sequentes abusus et scandala, quae in allegatis proximis tribus Visitationibus pluribus in locis reperta sunt, in temporibus corrigant et amoveant. 1) Sacrificium Missae sanctissimum debitis Caeremoniis, praemissa, dum opus est, Confessione sacramentali, a jejunis, praesente saltem uno ministro eoque celebranti respondente, tempore et loco competenti saepius ac pluribus in Eccliis filialibus et Sacellis ipsis Parochis commendatis celebretur. 2) Eccliarum et Sacellorum collabentium structurae, Missalium librorum, paramentorum, calicum, corporalium, vasorum sacrorum, imaginum Christi et Sanctorum, sacrarum reliquiarum, altarium, custodiae ossium defunctorum, Caemeteriorum integritati, munditiei et restitutioni summa adhibeatur diligentia; purificatoria quoque et manutergia specialia ab omnibus quam primum comparentur.

Art. III.

Tabernaculum ss. Eucharistiae sit bene munitum, particulae consecratae non sint nimis multae, singulis 14. diebus, aut ad summum 3. aut 4. Septimannis renoventur, vascula, in quibus asservantur, sint bene munita et mundissima, lumen perpetuum ibi foveatur: baptisterium, urceoli, aspersorii vas et similia diligentissime conserventur.

Art. IV.

Circa reformationem Cleri sequentia scandala et abusus tollendi: 1) Crimen haeresis omnino extirpandum, libri haeretici comburendi, parochiani rebelles et contumaces Ordinario significandi, cantilenae et psalmi praeter eos, qui ab Ecclia sunt adprobati, nulli prorsus permittendi: de sagis et maleficis diligenter inquirendum. 2) Clerici diligenter conscientiam suam examinent, si forte sint excommunicati, suspensi, interdicti, irregulares, etc. ut habita contritione se in tempore pro absolutione heic ad Ordinarium sistant; longe enim majorem clementiam et gratiam merentur poenitentes, qui ultro medicinam quaerunt, quam qui in Visitatione deprehensi ad eam compelluntur. 3) Idem faciant illi, qui forte monachi, aut alii religiosi, vel Clerici profugi et vagabundi absque suorum superiorum sufficiente licentia et justa causa, et sine Ordinarii hujus loci scitu ac consensu divinis se ingerunt, dum culpa et periculo non carebunt praelati et parochi, tales clericos aut religiosos contra toties repetitas prohibitiones foventes ac retinentes. 4) Sacramentalem Confessionem Cle-

rici et Religiosi diligentius frequentabunt, et ordinarie singulis 14 diebus, aut certe ad summum singulis mensibus sub poena. 5) Horas canonicas fideliter recitent, neque ante dictum matutinum et primam celebrent sub poena. 6) Ab execrando Concubinatus vitio sibi omnino caveant; nam gravius longe et severius contra tales utriusque magistratus brachio et auctoritate in posterum procedetur.

De Concubinatu legenda sunt specialia mandata de eo edita.

7) Habitum decentem, indusia honesta, barbae et coronae rasuras consuetas sibi comparent; specialiter caveant a quibusdam vestimentis plane saecularibus, dum itinerantur. 8) Libros habeant catholicos, Bibliam, Catechesin Romanam, Concilium Trid. Concilium Salisburg. Manuale, Enchiridion, Postillas, Hosii methodum confitendi etc. 9) Caveant diversoria publica, ne inebrientur; non intersint multo minus choreis, caveant a conversatione inhonestorum etc. 10) Non sint blasphemi, usurarii, injuriosi, rixosi, arma prohibita ne ferant, ne ludant ludis prohibitis; venationibus ne dent operam.

Art. V.

Circa curam animarum, et reformationem ac regimen populi.

1) Baptismus, poenitentia, Eucharistia et extrema unctio pie et diligenter administrentur. 2) Circa matrimoniales Contractus summa cautela, praesertim circa vagabundos et extraneos adhibeatur. 3) Officia divina, Missae, Verbum dei, Vesperae et similia pluribus in locis et frequentius celebrentur, praesertim ab iis sacerdotibus, qui amplas habent parochias, multas filiales Ecclesias et Sacella, ne oves commissae penuaria cibi spiritualis pereant. 4) Infirmi visitentur et moneantur de extrema unctione. 5) Dubii in fide instruantur. 6) Catechesis puerorum in Ecclesiis instituatur. Datum Ratisponae die 10 mensis Januarii, anno Domini 1584.

Num. MCCLXXXII. 1586. 25. Jan. Ex Originali.

Commissorium papale ad Administratorem Episcopatus Ratisbon. transferendi Canonissas sancti Pauli ad aliud Monasterium, seu in domum parentum vel consanguineorum suorum.

Dilecto filio Sbinco Berchae, Ecclesiae Ratisbonensis Administratori.

Sixtus PP. V.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Piorum et graviorum virorum testimonio ad nos perlatum est, nobiles quasdam Canonissas, quae in Monasterio sancti Pauli Ratisbon. sub regula sancti Benedicti degunt, longe alienam ab antiquis et regularibus illius Ordinis institutis vitam ducere, et posthabito Dei famulatu nimiae libertati ac mundanis illecebris, et saeculi delectationibus non sine gravi populi scandalo et animarum suarum periculo obnoxias et deditas esse. Quare Nos pro pastoralis officii nostri curà huic malo opportunum remedium adhibere cupientes, tibi per praesentes committimus et mandamus, ut si vera sunt, quae supra diximus, dictas Canonissas ab eo Monasterio sancti Pauli ad aliud seu alia Monasteria ejusdem Ordinis, quae in eadem sunt Civitate quamprimum transferri, seu in domum parentum aut consanguineorum suorum, prout magis expedire judicaveris, reduci cures. Quam ad rem agendam plenam et liberam tibi damus et concedimus facultatem et auctoritatem, ita, ut dictas Canonissas, si forte in hoc jussis tuis parère recusaverint, et alios quoscunque eis facientes auxilium et consilium praestantes per censuras et poenas ecclesiasticas aliaque opportuna juris et facti remedia, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio, omni appellatione remotá ad obediendum cogas et compellas, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac dicti Monasterii sancti Pauli, et aliorum quorumvis juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis ac litteris Apostolicis illorum Ordinibus ac Superioribus et particularibus personis concessis, approbatis et innovatis, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 25 Januarii 1586. Pontificatus nostri anno primo.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXXXIII. 1587. 22. Junii.

Concordata inter Guilielmum Ducem Bavariae, ac Capitulum cathedrale Ratisbon. inita et confirmata.

